

Universitätsbibliothek Wuppertal

Pvb. Virgilio Maronis Bucolicorum Eclogæ X, Georgicorum Libri III, Æneidos Libri XII

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Bucolica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)



P. VIRGILII MARONIS
BUCOLICA.

ECLOGA PRIMA.
TITYRVS.

MELIBOEVS.

TITYRVS.

Mc.



ITYRE, tu patula recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linguimus arua,
Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in umbra,
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.
O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Ti.

Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum,
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

MAVRI SERVII HONORATI GRAMMATICI
IN VIRGILII BUCOLICA COMMENTARIVS.

Bucolica, vt ferunt, dicta à custodia bouum, id est *ἀνοῦ τῶν βοῦδων*, præcipue enim sunt anima-
ria apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tempo-
re quo Xerxes Persarum rex inuasit Græciam, cum omnes intra muros laterent, nec possent
C hymnos dixisse: Vnde natum carmen Bucolicum ætas posterior eliminavit. Alij dicunt Orestem
cum Dianæ Fascellitidis simulachrum raptum ex Scythia adueheret, & ad Siciliam esset tem-
pestate delatus, completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, & ali-
quibus pastoribus conuocatis: & exinde permanisse apud rusticos consuetudinem. Alij non
Dianæ, sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis
pauit armenta. Alij rusticis numinibus à pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, vt Pani,
Faunis, ac Satyris. & hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est, scilicet humilis
character. Tres enim sunt characteres: humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc in-
uenimus poeta. Nam in Æneide grandiloquum habet: in Georgicis medium: in Bucolicis hu-
mitem, pro qualitate negotiorum, & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt, simplicitate
gaudentes: scilicet à quibus nihil altum debet requiri. Adhibetur autem ad carmen bucolic-
um, quod debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes si sit dactylus, meliorem
efficit versum: vt Nos patriæ fines, & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactylus
esse debet, & terminare partem orationis: vt Tityre. Quam legem Theocritus vehementer ob-
seruat, Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiavit. hic eam in
paucis sequutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet Sicula tel-

A

luris alumnus. Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poetæ hæc est, vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem Moscho, & cæteris qui Bucolica scripserunt. Vnde est Prima Syracusio digna est ludere versu Nostra nec, &c. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel aliis nobilibus, quorum favore amissum agrum recepit, In qua re tantum dissentit à Theocrito. Ille enim vbique simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas pericè plerunque etiam ex Theocriti versibus facit: quos ab illo dictos constat esse simpliciter. hoc autem sit poetica vrbinitate. Sic Iuuenalis, *Aëtoris Aurunci spoliū*. Nam Virgilij versum de hasta dictum figuratè ad speculum transtulit. Et causa scribendorum bucolicorum hæc est, Cum post occisum 111. Idum Martiarum die in senatu Cæsarem, Augustus eius filius contra percussores patris, & Antonium ciuilia bella mouisset, victoria positus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis dedit: qui cum non sufficerent, etiam Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem. Vnde est, Mantua vâ miseræ nimium vicina Cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, & potentium favore meruit vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat, penè est interemptus, nisi se præcipitasset in Mincium. Vnde est allegoricè, Ipse aries etiam nunc vellera siccet. Postea ab Augusto missis triumuiris, & ipsi integer ager est redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc est quod eum in prima Ecloge legimus recepisse agrum: postea eum querelantem inuenimus: vt Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum Nostra valent Lycida tela inter Martia, quârum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum. Quippe cum vnus sit liber, de eclogis tantum dubitant: quæ licet decem sint, incertum tamen est, quo ordine scriptæ sint. Plerique duas certas volunt ipsius testimonio: vltimam, vt Extremum hunc: & primam, vt in Georgicis, Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Alij primam illam volunt, Prima Syracusio dignata est ludere versu. Sed est sciendum, vt. ecl. gas esse meras rusticas: quas Theocritus x. habet, hic in tribus à bucolico catmine, sed cum excusatione discessit, vt in genethlia eo Saloniini, & in Sileni theologia: vel vt ex infertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poetæ vitam in Æneide diximus. Operis explanatio, in sequentibus comprobabitur Sane sciendū Virgilium xxvi. annorum scripisse bucolica. Vnde etiam ipse in fine Georgicorum, Audaxque iuuenta, Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donatus (quod etiam in poetæ memorauimus vita) in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita post agriculturæ amor, inde bellorum cura successit. Notandum quoque bucolica, vel Georgica cum apud Græcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia à fine habere. Nam vt in vltima sit, latinitas vetat: vt in penultima non sit, breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & persona huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Melibæus: *ἄν μιν ἀντὶ τῶν βοῶν*, id est, quod curam gerit boum. Et Tityrus. Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem antecire consueuerit: sicut etiam in comædiis inuenimus. Nam Pamphilus est totus amans: Glycerium, quasi dulcis mulier. Philumena, amabilis. Personæ, sicut supra dixi, rusticæ sunt, & simplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbantum, nihil declamatorum inuenitur: sed ex re rustica sunt omnia, negotia, comparationes, & si qua sunt alia. Hinc etiam illæ comparationes sunt, Nam neque me tantum venientis sibilus austru, Nec percussa iuuant fluctu tam litorea, nec quæ Saxosâs inter decurrunt flumina valles.

Tityre tu patule, &c. Introducitur pastor quidam iacens sub arbore securus & otiosus dare operam cantilenæ: Alter verò qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cum Tityrum respexisset iacentem, ita exorsus est, sub persona Tityri Virgilius intelligitur, sub Melibæi plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus. Quod autem sub fago dicitur iacere, Allegoria est honestissima: quasi sub arbore glandifera, quæ victus causa fuit. Antea enim homines glandibus vescabantur. Vnde etiam fagus dicta est *ἀπὸ τοῦ φαγεῖν*, id est à manducando. Hoc videtur dicere, Iaces sub umbra fagi in agris tuis, tuas retinens possessiones, quibus aleris: sicut glandibus antea mortales. A lite ò Virgili sub protectione Augusti securus quiescis. *patule*. patulum dicitur quod patet naturaliter, vt nates, arbor, crux, Patens verò, est quod clauditur & aperitur, vt ostium, & oculi. *siluestrem misam*, Id est rusticum carmen. *tenui auena*. Culmo, stipula: vnde rustici cantare consueuerunt. Dicendo autem tenui auena, humilis styli genus latenter ostendit: quo in bucolicis vitur. *mediæq. cantas*, quasi melitaris d pro l. posita, sic folium vel sella quasi sedda dicitur à sedendo. *nos patrie fines linquimus*, non voluntate, sed vi Cæsaris & militum eius compulsi victo Antonio *dulcia arma*, vnicuique propria terra dulcis sibi videtur, nec enim omnis res delectationem habens dulcis appellatur. Allegoricè voce vitur Mantuanorum, qui suis possessionibus expellebantur. *tenuis*. Id est, otiosus, siue securus, in umbra. Allegoricè sub tutela

ECLOG. I.

A tutela Imp. Augusti. vt, Qui nunc lenti consedimus aruis, resonare doces *Amaryllida syluas*, id est carmen tuum de amica *Amaryllide* compositum doces syluas sonare, & melius est vt simpliciter intelligamus. Malè enim quidam allegoriam volunt, Tu carmen de vrbe Roma componis celebrandum, omnib. gentib. Plus enim stupet *Melibæus* si ille ita securus est, vt tantum de suis amoribus canteret. & *Melibæus*. Scilicet quid miraris? *Deus*, id est *Cæsar*, hæc omnia, hanc securitatem vel foelicitatem. namque erit ille mihi semper deus. Et iteratio ipsa excludit adulationis colorem. *Semper*. Id est post mortem, & dum viuuit. Alij imperatores post mortem in numerum referuntur deorum: *Augustus* templa viuus emeruit. *Horatius*, *Præsenti tibi maturos largimur honores*, *Turandisque tuum per nomen ponimus aras*. Sic *Luçanus* de *Nerone*, *Sed mihi iam numen illius*, *O Cæuij Cælaris imbuet agnus*. Imbuere, est proprie inchoare, & initiare. Nemo autem vnã candemque rem sæpe inchoat: sed constat sæpe pascua mutare pastores: sicut etiam in *Georgicis* legimus, Itaque pecus longa in deserta sine vllis Hospitiis, tantum campi iacet. Vnde necesse est pastores totiens aras imbuere, quotiens mutauerint pascua. Inuenimus etiam apud antiquiores Imbuere esse non inchoare, sed perfundere & madefacere. secundum quod, absolutus est sensus: vt sit, sæpe perfundet. errare id est pasci. vt, *Mille meæ Siculis errant in montibus agnae iudere*. Scribere, vt *Carmina* qui lusi pastorum. *Horatius*, *Poscimus siquid vacui sub umbra Lusimus recium calamo agresti*, *Rustico stylo: sicut supra, tenui auena*.

C Me. Non equidem inuideo, miror magis: vndique totis
Usque adeo turbatur agris, en ipse capellas
Protenus ager ago, hanc etiam vix *Tiyyre* dico.
Hic inter densas corylos modo namque gemellos,
Spem gregis, ab silice in nuda comixta reliquit.
Sæpe malum hoc nobis (si mens non laua fuisset)
De caelo tactas memini prædicere quercus.

D Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen iste deus, qui sit, da *Tiyyre* nobis,
Ti. Vrber, quam dicunt *Roman*, *Melibæe*, putauit
Stultus ego huic nostra similem, quo sæpe Solemus
Pastores ouium teneros depellere foetus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædas
Noxam: sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenia solent inter viburna cupressi.

E Non equidem inuideo. Excusat se, Ne frequens interrogatio foelicitatis alienæ ex inuidia venire videatur: dicit se admirari potius, quàm inuidere. *vsque adeo*. In tantum: *Turbatur agris*. Turbamur sine vlla discretionem culpæ, vel meriti. Et inuidiosè tempora Augusti carpit latenter. Sanè vera lectio est turbatur, vt *Seruius* dicit, vt sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter. nã *Mantuanorum* fuerat cõmunis expulsio. Si, n. turbamur legeres, videtur ad paucos referri *protenus*. Porro *tenuis*, id est longè à finibus, nam *protenus* per e, aduerbiũ loci, per i, protinus aduerbiũ tẽporis, id est statim. *ager*. Et corpore & animo *ager* dicitur, vt, *Elto*, *agrã* nulli quõdam flexere mariti. Sed *agrotus*, corpore tantum, *ago* autem, propriè: nam *agi* dicuntur pecora: *spem gregis*. Id est matè & sceminã. reparatio enim gregis in sexu vtroq; consistit. *An silice in nuda*. Ad hoc pertinet præmissa dolentis interiectio: nam solent herbas subternere parentib. vt ipse in *Georgicis* dicit, Et multa duram stipula silicũque maniplis scernere. *Comixta*. Pro eo quod est enixa, id est partu soluta, nam hiatus causa, mutauit præpositionem: sicut secludite curas, pro excludite. *Lena*. Stulta, contraria. Et sensus hic est, perdituros nos quandoq; agros, manifestò prædicebant signa: sed nos mentis imprudentia intelligere nequiuimus. *De caelo tactas memini prædicere quercus*. Mirè compositum augurium. Nam *quercus*, in tutela Iouis est: & huius arboris fructu olim homines vescabantur. Per *quercus* ergo, *agri*: per fulmen, *ira Iouis*: per iram Iouis, *ira Cæsaris*: per damnũ arborum, damnũ agrorum figurabatur. Hæc *quercus* ergo *tacta*, id est afflata leuiter fulmine: vt *Cicero*, *Tactus est ille qui hanc vrber condidit Romis*.

his significabat motu imperatoris posse agros eorum perire, apud quos fulminatae sunt arbores. A
 nam agri causa videtur, sicut olim quercus. Quod autem ait tactas: ostendit temporale
 fore damnum, quale patiuntur arbores leuiter fulminatae. Et bene praedicere, quasi praequi
 & praediinare: cum ita manifestum constet esse augurium. Id est dic. Sic contra, Accipe
 Danaum insidias, id est audi. *urbem quam dicunt Romam.* Queritur cur de Caesare interrogatus,
 Romam describat, & aut simplicitate vitur rustica, ut ordinem narrationis plene non teneat
 sed per longas ambages ad interrogata descendat. Aut certe, quia nullus qui continetur, est
 sine ea re quae continet, nec potest vlla persona esse sine loco. vnde necesse habuit interroga-
 tus de Caesare, locum describere, in quo eum viderat. Est autem longum Hyperbaton, Urbem
 quam dicunt Romam. Hic illum vidi iuuenem Meliboe, Roma ante Romulum fuit, & ab ea
 Romulus nomen adquisiuit, sed de flaua & candida Roma Aesculapius Ilija nouum nomen
 latio facit, tantum conditricis nomine omnes Romani vocantur. Marinus Lupercorum poe-
 ta dixit *stultus ego.* Id est rusticus qui nesciui iudicare. *nostra Mantua.* quo. Id est, ad quam. nam
 aduerbium posuit pro nomine, ut Genus vnde Latinum, id est a quo. *omium teneros.* Periphra-
 sis agnorum, *depellere.* Id est a lacte remouere. *se canibus catulos similes.* Vult urbem Romam non
 tantum magnitudine, sed etiam genere differre a ceteris ciuitatibus: & esse velut quendam
 alterum mundum, aut quoddam caelum, in quo Deum Caesarem vidit. Qui enim comparat ca-
 ni catulum, vel haedum capellae magnitudinis facit, non generis differentiam. Qui autem di-
 cit, leo maior est cane: & generis facit, & magnitudinis differentiam: sicut nunc de vrbe Roma
 fecit. Putabam, inquit, ante ita Romam comparandam esse aliis ciuitatibus, ut solet haedus
 caprae comparari, nam quamuis maior esset, tamen eam ciuitatem esse dicebam, nunc vero
 probaui eam etiam genere distare: nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere, ille com-
 probat versus, *quantum lenta solem inter viburna cupressi.* Nam viburnum, breuissimum est, sem-
 per virens & forma & genere a cupresso remota. Nam cupressus, arbor est maxima. Hoc au-
 tem genus argumentationis & apud Aristotelem lectum est, & apud Cicronem. *componere.*
 Comparare.

Me. *Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?*

Ti. *Libertas: quae sera, tamen respexit inertem,
 Candidior postquam tondenti barba cadebat:
 Respexit tamen, & longo post tempore venit,
 Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
 Namque fatebor enim dum me Galatea tenebat,
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
 Quamuis multa meis exiret victima sepiis,
 Pinguis & ingrata premeretur caseus urbi:
 Non unquam grauis cre domum mihi dextra redibat.*

Et quae tanta fuit. Quae tanta: ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit.
 Vnde quasi miratur hominem rusticum Romam videre potuisse. *libertas,* Amor libertatis.
 etenim aliter dicit seruus, libertatem cupio: aliter ingenuus. Ille enim carere vult seruitute.
 hic habere liberam vitam, pro suo scilicet arbitrio agere: sicut nunc Virgilius sub persona Ti-
 tyri dicit se amore libertatis Romam venire compulsus: & idem latenter carpit ea tempora,
 quibus libertas non nisi in vrbe Roma erat. Aut certe simpliciter intelligamus hoc loco Tity-
 rum sicut pastorem locutum. Nam vbique eum Theocritus mercenarium inducit. Item Vir-
 gilius, Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. *respexit inertem.* Desidem, sese non re-
 quirentem. Nam culpam suam inertiam quod non ante Romam ierit, & sit vsus puer libertate,
 qua uti coepit proeclioris aetatis. *candidior postquam tondenti barba cadebat.* Aut mutatio personae
 est, ut quendam rusticum accipiamus loquentem, non Virgilium, per *amaryllis*. Nam ut dixi-
 mus, xxviii. annorum scripsit bucolica: Aut certe est mutanda distinctio: ut sit non barba can-
 didior, sed libertas, nam xxviii. annorum barbam potest quibus mittere: sed non canam. Et bene
 candidior libertas: ut intelligamus etiam ante in libertate, sed non tali fuisse Virgilium. *& lon-
 go post tempore venit.* Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Iungendum est hoc to-
 tum. nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum libertas aspexit: id est quando coepit se-
 care barbam, & relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. *amaryllis* utem hoc dicit, Post-
 quam relicta Mantua Romam me contuli, nam Galateam, Mantuam vult esse: Romam, Ama-
 ryllida. Et bene tempora, quasi rusticus, computat a barbe sectione. *longo post tempore.* Aut *amaryllis*
 ubi

A *mi* est. Antiqui enim *post, ante, circum,* etiam ablatiuo iungebant: quod hodie facere minimè possumus: Aut *longo, post,* vna est pars orationis, vt sit sensus, Venit tempore longo *post:* sic multò minus, multo magis, post modo. Horatius, *Postmodo, quod mi obste clarè, multumque locuto* Longo *post,* vt postposita videatur esse præpositio, & in vnitatem coacta, *facbor enim.* Hoc per parenthesis dictum est *nec spes libertatis erat, nec cura peculi.* Nec sperare poteram libertatem in oppressa ciuitate, nec habere curam patrimonij. Peculi autem aut antiquè dixit, quia omne patrimonium apud antiquos peculium dicebatur, à pecoribus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia: vnde etiam pecunia dicta est à peculio; aut certè & hoc ad morsum temporum pertinet, nam modo tantum serui peculium dicimus: vt inuidiosè patrimonium suum dixerit peculium, ac si seruus esset: quia se diu apud Mantuam seruissè memorauit. Sanè peculi pro peculij, per synzresim dictum est *exiret victima sepsis.* Septa propriè sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis: in quibus stans Po. Ro. suffragia ferre consueuerat. Sed quoniam hæc septa, similia sunt ouilibus: duo hæc inuicem pro se ponuntur: vt hoc loco septa pro ouilibus posuit. Item Lucanus contra, *Et miserè maculauit ouilia Rome.* Iuuenalis, *Antiquo que proxima surgit ouili.* Sanè pinguis, melius ad victimam quam ad caseum refertur, *ingrats urbi.* Quia cum alimenta ciuitabus præstentur ex rusticorum labore, & in his rustici etiam deridentur à ciuibus, & multa perdunt, & aduectarum rerum prætia iniqua suscipiunt.

C *Me.* Mirabar quid mæsta deos Amarylli vocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. ipse te Tityre pinus,
Ipsè te fontes, ipsa hæc arbuta vocabant.
Ti. Quid facerem: neque seruitio me exire licebat,
Nec tam presentes alibi cognoscere diuos.
Hic illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cui vestra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit illo petenti:
Pascite, vt ante, boues pueri, submittite tauros.

D *Amarylli.* Vocatiuus Græcus est, qui breuis est quotiescunq; nominatiuus in *is* terminatur: vt *Amaryllis, Pieris,* Horatius, *Dulcem que strupium Pieri tempras.* c. v. l. Id est in cæius honorem. *sua poma.* Id est ipsius arboris poma propria, quid vocares. Hoc Virgilij personæ conuenit. *mæsta Amarylli.* Quæ nemine lætabare poëta cui pendere. Id est tibi: quia laudari à te non meruerunt. *Tityrus.* Virgilius. *Pinus.* Roma vel Cæsar. *Fons.* Poëta vel Senatores. *arbuta.* Fructeta, scholastici vocabant. *seruitio.* Ab seruitio. Seruitium est conditionis indicium. *licebat.* Id est nec deesse officio poteram. *iuuenem.* Cæsarem dicit Octavianum Augustum, decreuerat enim Senatus ne quis eum puerum diceret, ne maiestatis tant imperij minueretur. *dies.* Id est principia mensium: vel Idus omnium mensium. *fumant.* Id est sacrificant. *responsum primus dedit.* Id est permittit liberè viuere. *primus.* Id est ante quem nullus sit. *pascite.* Id est vt antè eratis o pueri, sic & modo pascite in pace. *submittite tauros.* Id est, exercete terram & sobolem.

Mc. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:
Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua iunco:
Non insucta graueis tentabunt pabula fetis,
Nec mala vicini pecoris contagia ladent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, que semper vicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti,
Sape leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,

Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
 Ti. *Ante leues ergo pascentur in aethere cerui,*
Et freta destituent nudos in litore pisces:
Ante, pererratis amborum sinibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.
Quam nostro illius labatur pectore vultus.

Fortunate senex. Non ad ætatem Virgilij refert, sed ad fortunatum futurum, præfago vsus est verbo. Nam apud Philosophos senes dicuntur, qui spem futuri temporis habent in victu. *Et tibi magna satis.* Ordo est, Magna satis pascuat, subauditur erunt. *quàmuis lapis.* Quàmuis mons sit & lacus. Nam à monte vsque ad lacum, & inde vsque ad arborem quandam, fuerat terra ei donata. *palus.* Id est æquor. *obducat.* Tegat, *humco.* Pœno. *limoso.* Plumine Mincij. *grauis.* Fortas: aculeatus pluralis, quasi graues, id est grauidas: scilicet non enixas. *contagia ledent.* Morbi vel pestilentie corrumpent. vnde contingit vt vna aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. Dicit ergo quòd nec insolita pascuatæ sunt pecudes: nec ex alicuius infirmitate corrumpendæ. *hic inter flumina.* Inter Padum & Mincium, vbi nutritus es vel cognitus. *nota.* Chara fontes sacros. Quia omnibus aquis nymphæ sunt præfidentes. *frigus opacum.* Quia æstiuo tempore sub vmbra sit frigus. *Opacum autem,* virum pro opacis locis, incertum eitan pro valde frigidum. Nam vnum frigus est hyeme: alterum quo refrigeramur æstare. *ab limite,* Limes, est agri terminus. *sepes.* subaudi fiet. *hyblæis.* Hybla, vel Hyble oppidum est Siciliæ, quòd nunc Magara dicitur: vel locus in Attica, vbi optimum mel nascitur: & posuit speciem pro genere. *de pasta florem.* Depastum florem habens. *Hypallage.* *faliçti.* Virgulti genus, dictum eo quòd salit & surgit cito. *leni susurro.* Dulci murmure. Hic vocat rusticum ad dulcia, quæ sunt in rebus quibus delectatur. *somnum inire.* Id est dormire, vel carpere. *frondatur.* Id est rusticus: vel quòd animal frondibus vescitur. Nam tria genera sunt frondatorum. frondator, qui arbores amputat, & qui frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos, & qui manibus vitium folia auellit, quo ardor solis vnam maturiorem reddat, aut auis quæ in frondibus habitat, & his vescitur. vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificant. *ad auroras.* Id est in die. *rauca.* *seruæ ad es palumbes.* Columbæ, quas vulgus tetras vocat: & non dicuntur Latine: sed multorum autoritas Latinum facit. Cicero in Elegeia, quæ Talemastis inscribitur, *Iam mare Thyrrænum longè, penitusque palumbes Reliquis gemere.* Canere: propriè tamen dicitur de turture *turtur,* Et malculino & tæminino genere inuenitur: vt hic, *Aëria turtur cessabit.* Et Plaut. in Mostel. Tu tibi istos habeas turtures. *ab ulmo.* Ulmus, ignum est sub quo vinea fit, in aethere cerui. Id est auium more antè cerui volabunt, & pisces sine aqua viuent: hoc est, antè rerum natura mutabitur, quàm nos Cæsarem possimus obliuisci. *freta,* Maria à feruore dicta. *destinent.* Id est derelinquent. *pererratis,* Lustratis, vel errore confusis. *amborum.* Id est Germanorum & Parthorum. *exul.* Id est Parthus & Germanus. Cæsar scilicet, quo duce, Germanis & Parthis victis, milites Ararim Germaniæ flumen biberunt. *illius.* Id est Augusti Cæsaris. *labatur,* Respuatur, vel obliuioni tradatur. *ararim,* Arar fluvius Gallie, fluens in flumen Rhodanum, *Tigris.* Armeniæ fluvius influens Persicum sinum. Itaque per Tigrim & Ararim vult diuersa loca inter se significare. Dicit enim, prius Parthum ex Arare bibiturum, & Germanum ex Tigri, quàm sibi obliuionem futuram non amissi agri Cæsaris beneficio.

Mc. *At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,*
Pars Scythiam, & rapidum creta veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo post tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquos (mea regna) videns, mirabor, aristas?
Impius hæc tam culta non alia miles habebit?
Barbarus hæc segetes en quò discordia cines
Produxit miseros: en queis conseruimus agros.
Inferè nunc Melibœe pros, pene ordine vites:
Ite mee, quondam felix pecus, ite capelle.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro

ECLOG. I.

7

Dumosa pendere procul de rupe videbo.

*Carmina nulla canam: non, me pascente, capella
Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.*

Ti. *Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castanea molles, & pressi copia lactis:
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maiorésque cadunt altis de montibus umbra.*

Sitientes ibimus Afros. Tropus Synecdoche: ab Afris enim, Libyam quæ aqua indiget in-
B telligi vult. Est enim calidissima regio & pene inhabitabilis. *Scythiam.* Regio septentrionalis est
frigidissima, & rapidum creta veniens *oaxem* Hoc est lutulentum: quod rapiat cretam. Creta ter-
ra alba dicitur. Nam Oaxis fluuius est Mesopotamiae: qui velocitate sua rapiens albam cretam,
turbulentus efficitur. Vel Oaxis, fluuius Scythiae in Creta insula non est: sed aqua, cretae colo-
ris est. Oaxem Philisthenes ait Apollinis & Anthilenæ filium: hunc Oaxem, in Creta oppidum
condidisse, quod suo nomine nominauit, vt Varro ait, *Quos magno Anchiæ partus adducta do-
lore, Et geminis capiens Tellurem Oaxida palmis Scindere dicta.* Penitus, id est omnino, *disuersos.* Quia
olim iuncta fuit orbi terrarum Britannia. Est enim insula sita in Oceano septentrionali: & à
poetis, alter orbis terrarum dicitur. *en.* Ecce *vnquam.* Aliquando. *En vnquam,* Virgilius alio lo-
co diuidit per interpositionem: vt infra in ipso libro, *En erit vnquam ille dies?* quod significat
C vnquamne. Id est aliquando *esse pite.* Id est terra cum propria herba euulsa, *culmen.* Eo quod
culmo, id est stipula tegitur. Hic prisca rusticorum ætas habitabat: ideo culmina dicta sunt
recta: quia veteres ædificia de culmo contegebant, id est paleis è messibus. *inguri,* à tegendo
dictum. *post aliquos aristas.* Post multa tempora, & quasi rusticus per aristas, numerat annos. *mea*
regna. Id est vbi dominatus sum. Vel senem se dicit agros suos recepturum. *aristas.* Gradatim
dictum, ex tropo metalepsi. vt per aristas, messes: per messes, ætates: per ætates annos nume-
ret. *impium miles.* Proprium militis epitheton. Iratus Melibceus impium militem dicit, seu quod
belli ciuilia gessit. Hic læsit Virgilius Octauianum Augustum, tamen secutus est veritatem,
Dum miles portando arma, vicit alios, impius nocendo dictus est. *noualia.* Id est, noua rura, quæ
per singulos annos nouantur per semina. Vel etiam noualia dicuntur vnde sylua tollitur. *ha-
bebis.* In spe ponitur. *en quod discordia.* Ad quam miseriam *insere,* Sibimet ipsi imperat: & apostro-
phen facit ad seipsum, dolendo vel inuidendo non habere se id quod Tityrus, *pone ordine vi-
tas.* Quia quadrato ordine vites ponuntur. *quondam felix pecus.* Quando manebat mihi hæredi-
tas: vel quamdiu ego felix fui aliquando in finibus nostris. hic videt se pastor exclusum esse:
& videt se non habere illud quo Tityrus vitur. *dumosa.* Id est rigida, spinosa. *pendere.* Quia cum
pascentur, pendunt *carmina.* Id est, quia non libet rustico canere carenti possessione. *cythisum.*
Genus fruticis, vel herba quæ nascitur inter campos & syluas in Cithisa ciuitate. *amaras.* Ad
nostrum saporem: nam capris dulces sunt *mitia.* Matura: quæ non remordent cum mordentur.
E *castanea.* Id est, mala antiquiora: *molles.* id est matura. & *pressi,* Emulsi & in caseum coacti. *su-
mant.* Id est ad vespertinum cœna præparanda. *maiorésque cadunt,* Duplicantur: Quia dum dupli-
cantur umbra, nox imminet.

ECLOGA II. ALEXIS.

POETA.



FORMOSVM pastor Corydon ardebat Alexim,
 Delicias domini: nec quid speraret habebat.
 Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos
 Assidue veniebat: ibi hec incondita Tulus
 Montibus & siluis studio iactabat inani.

CORYDON.

O crudelis Alexi: nihil mea carmina curas,
 Nil nostri miserere, mori me denique cogis.

Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant,
 Nunc virides etiam occultant spineta lacertos,
 Thestylis & rapido fessis messoribus astu
 Allia, serpyllū inque herbas contundit olentes:
 At mecum raucis, tua dum vestigia lustris,
 Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.
 Nonne fuit satius tristeis Amarullidis iras,
 Atque superba pati fastidia? nonne Menalcam?
 Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.
 O formose puer, nimium ne crede colori:
 Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Formosum pastor Corydon, Corydonis in persona Virgilius intelligitur: Caesar Alexis in persona inducitur. Corydon. Fictum nomen est ab aue: quæ Corydalus dicitur. ardebat Alexim, Impatenter diligebat, Alexim, Quem dicunt Alexandrum, fuit seruus Asinij Pollionis: quem Virgilius rogatus ad prandium, cum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit: cumque dono accepit, Caesarem quidam acceperunt formosum in operibus & gloria. Alij puerum Caesaris, quem si quis laudasset, gratam rem Caesari fecisset. Nā Virgilius dicitur in pueros habuisse amorem: nec enim turpiter eum diligebat. Alij Corydonem Asinij Pollionis puerum adamatam à Virgilio ferunt: eumque à domino ipsi datum Corydonem à Virgilio ficto nomine nuncupari, ex eo genere auis, quæ Corydalus dicitur, dulce canens, Alexim verò puerum, quasi sine responsione ac superbum, hunc autem dilectum fuisse, Pollionis: & Virgilium gratum se futurum existimasse, si eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur, qui eo tempore Transpadanam Italiae partem tenebat, & agris præerat diuidendis. Delicias domini. Hoc est qui suo domino Caesari, vel Pollioni in deliciis erat, nec quid speraret. Id est nec spem potiundi habebat, tantum, tantummodo. Assidue, Id est sæpius, incondita, Incomposita: subito dicta, agrestia, vel insanae mentis dicta verba, vel incondita, id est inconscripta: ut Sallustius in Iugurthino, At illi quibus vires adevant ruere cuncti ad portas, incondita tenere. Montibus, Qui amorem ei præstabant, iactabat. Id est fundebat in aërem, inani, Præ amore nihil sibi procurans: sed in absentem iuuenem loquebatur, crudelis, Inexorabilis: qui non flecteris meo amore: nec te potundum præbes. Vel allegorice, Crudelis Caesar qui non flecteris meis scriptis, & non das ereptos agros. Alexi, Id est Caesar, mori, Pro contemptu, frigora, Non aprica loca astu, Æstiva, lacertos, Genus serpens, Thestylis, Nomen rustice mulieris: quæ messoribus æstu fatigatis diuersa genera herbarum contundens, pulmentarium his parat: Vel concubina Corydonis. Vel Thestylis, Id est, fictilis, rusticum nomen: ut ab eo quod ponat cibum rusticis, fessis, vel labore vel æstu. Vel fessis, Id est feruentibus, vehementi ardore fatigatis, vel laboris instantia. Allia, serpyllū inque, Herbas calidas, quæ æstum repellunt. Nam ut etiam Plinius dicit in naturali historia, Omnis medicina, aut à contrario, aut à simili queritur. Vnde etiam calor potest aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc est quod in vltima ecloga, cum amator remediū quærit ardori, dicit se iturum aut ad Scythiam, aut ad Æthiopiam, ut, Æthiopū versemus oues sub sydere cancri, quarum regionum altera est frigidissima.

A frigidissima, altera feruens calore. Sanè serpillus herba est, quæ in græcò aspirationem habet⁹ quam græci ἄσπιλον dicunt, In multis enim nominibus, quæ in græco aspirationem habent nos pro aspiratione, S ponimus. Inde est quòd pro herpillo, serpillum, pro ἄσπιλον, serptem. *Rapido æstu.* Vehementi & feruenti. Festis autem vel æstu vel labore. *At mecum rancidus tua dum vestigia lustrò, Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.* Si per d fuerit, erit hyperbaton: vt sit, Dum tua lustrò vestigia, ad me arbuta resonant, cum rancis cicadis. Sed melius est vt *At* coniunctio sit: & ita intelligamus, Thestylis herbas tritas messoribus parat: Verum mecum resonant arbuta, cum rancis cicadis. *Tristes Amaryllidis iras,* Bene addit tristes. plerumque enim, vt ait Terentius, amantium iræ, amoris redintegratio est: vt veram iram ostenderet, & non fictam illam quæ aliquid gratiæ habere consuevit. Vnde Horatius, *Vix grata proteruitas.* *Superba fastidia.* Ex fastidio enim venit omnis superbia. *Nomme Menalcam.* Tres dicitur amasse Virgilius, Alexandrum, quem donauit ei Pollio: & Cebetem puerum, cum Leria puella, quos à Mecœnate dicitur accepisse. Vnde volunt quidam per Amaryllida, Leriam: per Menalcam, Cebetem intelligi. *O formose puer.* Bene dicit Donatus suspendendum O, & sic dicendum, Formose puer vt intelligamus per ironiam eum aliud voluisse dicere: sed in hæc verba, ne Alexim offenderet, amoris necessitate compulsus. *Ne crede.* Ne confide. Sallustius, *Virtuti satis credebat,* id est confidebant. *Alba lignifera cadunt.* Et rustice & amatorie ex floribus facit comparationem. Lignifera autem, flos est candidus, sed vilissimus. Vaccinia verò, sunt violæ quas purpurei coloris esse manifestum est, vel lignifera flores papauerum sunt vel arborum.

C *Despectus tibi sum, nec quis sim quæris, Alexi:
Quam diues pecoris, niuei quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agne:
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircaus in Aethæo Aracyntho.
Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis starei mare, non ego Daphnim
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.*

D *Quam diues niuei pecoris.* Tria sunt quibus amatores possunt placere, Diuitiis, Pulchritudine; Cantilena, quibus omnibus se valere commemorat. Et multi secundum Homerum, qui ait ἡ γὰρ ἡ νεικία, legunt niuei quàm lactis. Sed melius est, *Quam diues pecoris niuei.* Nam candidæ oues, in ingenti sunt pretio. Vnde in Georgicis legimus, Continuòque greges villis lege mollibus albos. Item alibi, Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est, *Mille meæ, Siculis errant in montibus agne.* Theocritus, ἀλλ' ἔτι τοῦτ' ἐὼν ἕρτα χίλια βόσκω. *Errant autem,* cum securitate pasuntur. Et quòd ait agnæ, & à sexu & ab ætate laudauit: nam ex scemineo sexu in pecoribus copiosior possessio prouenit. *Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.* Multo melius quàm Theocritus ille enim ait τοῦτ' ἔστιν ἄλλοτε μὲν ἔτι καὶ δῖον ἔστιν ἄλλοτε μὲν χεῖμα δ' ἀκροῦ. Sed quia caseus seruari potest, non mirum est si quouis tempore quis habeat caseum. Hoc verò laudabile est si quis habeat lac nouum, id est colostrum, quod neutri generis est: nam fœmini esse penitus non potest. Sanè huic versum malè distinguens Virgiliomastix, vituperat: *Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.* Id est semper mihi deest. *Amphion Dircaus in Aethæo Aracyntho.* Amphion & Zetus fratres fuerunt ex Ioue & Antiopa: sed Zetus, rusticus fuit: Amphion verò musicæ artis peritus. Sanè Aracynthus, mons est Thebanus. Vnde actæo, littorali debemus accipere (vt, At procul in sola secretè Troades acta) non Atheniensis: licet Athenæ primo ἀττικῆς δὶκῆς sint, quanquam plerique, Actæo Aracyntho, Atheniensis accipiant, non quòd Aracynthus apud Athenas est: sed vt ostendatur rustici imperitia. Nam Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatem, multa aliter quàm res habear, dicit. Hac ratione potest & oaxis, Cretæ fluuius accipit: cum sit, vt diximus, Scythiæ. *Nec sum adeo informis.* Verecundè suam commemorat pulchritudinem. Sic Cicero in Celianna, *Vt cum paniscat non deformem esse natum.* Nam pulcherrimum voluit dicere, *In littore vidi,* Cum placidum starei ventis mare. Negatur hoc per rerum naturam fieri posse: sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope, ἢ γὰρ ὡς ἐστὶν ἡ νεικία ἡ νεικία, ἢ δὲ γὰρ ἀττικῆς. Sed illi est excusatio, vel quia ingentem habet oculum Cyclopi: vel quia filius Neptuni est. Vnde quia ait, in littore: volunt quidam in aqua à fluctibus derelicta, id est, in lacuna littoris eum se videre posse.

tuisse quam rem illud excludit, Cum placidum ventis stare mare. Sed ideo in mari imago **A**
 non cernitur: quia non stat: quod si stet, non potest etiam nobis imaginem reddere. *Non ego*
Daphnis. Daphnis filius fuit Mercurij, formosissimus puer qui primus dicitur pastor fuisse.
Sinumquam falli imago. Nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago. Nam & in speculo
 contraria ostendit vniuersa: & in aqua remum integrum quasi fractum videmus, quod etiam
 Cicero in Tusculanis plenius docet. *Iudico te metuum.* Ac si diceret, *Qui meam despicias pulchri-*
tudinem.

*O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
 Atque humiles habitare casas, & figere ceruos,
 Haedorumque gregem viridi compellere hibisco.
 Mecum vna in syluis imitabere Pana canendo.
 Pars primum calamos cera coniungere plures
 Instituit: Pan curat oues, ouiumque magistros
 Nec te poeniteat calamos truisse labellum:
 Haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?*

Tibi sordida rura. Vt nam libeat tibi mecum habitare rura tibi sordida, id est quae tu putas
 sordida, nam bis accipimus tibi. *Atque humiles habitare casas.* Sanè melius, habito illam rem:
 quam, habito in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas huius verbi frequentatiui, accusati-
 uum regit vt, habeo illam rem. Inde fit, habito illam rem: non, in illa re: vt, habitare casas. **C**
Casas, quae mappalia dicuntur. *Figere ceruos.* Aut furcas, quae figuntur ad casae sustentationem:
 quae dictae sunt cerui, ad similitudinem cornuum ceruinorum. Aut (quod melius est) figere
 ceruos, id est venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quam ad laborem
 inuitare videatur. *Viridi hibisco.* Ad hibiscum compellere, scilicet à lacte depulsos. Hibiscus au-
 tem, genus est herbae: & sic dixit hibisco, ad hibiscum: vt, Itela non caelo, id est ad caelum. *Imi-*
tabere Pana canendo. Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam Pan, deus est ru-
 sticus, in naturae similitudinem formatus. Vnde & Pan dictus est, id est omne, habet enim cor-
 nuua in radiorum solis, & cornuum lunae similitudinem. ruber enim facies, ad etheris imitatio-
 nem, in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. pars eius inferior hispida **D**
 est propter arbores, virgulta, feras, caprinos pedes habet, vt ostendat terrae soliditatem, fistulam
 septem calamorum habet, propter harmoniam caeli: in qua septem soni sunt, vt diximus in
 Aeneide, Septem discrimina vocum: *caelum* habet, id est pedum, hoc est baculum recuruum
 propter annum qui in se recurrit: quia hic totius naturae deus est. Poetis fingitur cum Amore
 luctatus: & ab eo victus: quia, vt legimus, Omnis vincit amor. Ergo Pan, secundum fabulas,
 amasse Syringam nympham dicitur: quia cum sequeretur, illa implorato Terrae auxilio, in ca-
 lamum conuersa est: quem Pan, ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam fecit. Sanè scien-
 dum, Pan, pa, habere accentum. Graeca enim nonosyllaba quae ad nos transeunt, crescent in
 obliquis casibus: & in genitiuo & datiuo tantum singularibus, vltimae syllabae accentum dant, **E**
 vt, Panos páni, Lyncos l'yci. Parales etiam isti duo habent accentum: licet ad nos tranfire non
 possint. *Nec te poeniteat calamos truisse labellum.* Non tibi parum videatur. Terentius. *At enim*
quantum hic operis fiat poenitet. Id est parum videtur. Et notandum poeniteat truisse, praeteritum
 pro praesenti positum usurpatum est: quod in defectiuo l' center fit, vbi praesens non inueni-
 tur. Vt, *Quantquam animus meminisse horret: Labellum.* Paruum labrum. Hinc inanissimam
 quidam tentant facere discretionem: vt virorum labra, mulierum labia dicantur. *Quid non fa-*
ciebat Amyntas? Quemadmodum mihi non obsequeretur? Et ex affectu alterius hunc cogit.

*Est mihi disparibus septem compacta cicutis
 Fistula, Dametas dono mihi quam dedit olim:
 Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum.
 Dixit Dametas, inuidit stultus Amyntas.
 Praeterea duo, nec tuta mihi valle reperti
 Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo,
 Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
 Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat,
 Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.*

- A** *Disparibus septem compacta cicuis. Inæqualibus cannis. Nam & harmonia inæqualis est. Cicuta autem est spatium quod est inter cannarum nodos. Compacta. Coniuncta, ut, Tutrim compactis trabibus quam eduxerat ipse. Te nunc habet ista secundum. Commendat munus: & ex eo quod ei hæreditarium datum est: & ex eo quod inuidiam meruit. Nam res optima, & difficile donantur à viuis: & acceptæ, facile merentur inuidiam. Nec iura mihi velle reperit capreoli. Commendat à difficultate. Sic in primo, Reliquias Troia ex ardente receptas. Sparsis pellibus ambo. Qui habent adhuc maculas à prima ætate venientes. Accessu enim temporis, mutant colorem: & eorum maculæ esse gratiæ minoris incipiunt. Ergo hoc dicit, Seruo tibi capreolos, qui adhuc sint pellibus albo sparsis. Quos etiam nunc tibi seruo. Id est quos adhuc tibi seruo: licet roger à Thestyli amica, quæ hos à me cupit abducere. Sicant. Sugunt.*
- B** *Oras abducere. Orat ut abducatur, figuratum est: ut donat habere, id est donat ut habeat. Et faciet. Noluit dicere, & faciam: ne quem amabat offenderet, si se velle alteri dare munus diceret quod ei parauerat.*

*Huc ades ò formosæ puer: tibi lilia plenis
 Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
 Pallentes violas, & summa papauera carpens,
 Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
 Tum castia, atque aliis intexens suauibus herbis,
 Mollia luteola pingit vaccinia caltha:
 Ipse ego canalegam tenera lanugine mala,
 Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
 Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.
 Et vos ò lauri carpam, & te proxima myrte:
 Sic posita quoniam suauis miscetis odores.*

- C** *Huc ades ò formosæ puer, tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. Tantum honoris habet puero, ut ei dicat etiam numina obsecutura. Sanè calathus, græcum est: nam latine quasillum dicitur. Cicero in philipp. lib. 111. At verò huius domi inter quas illa apendebatur aurum? Candida Nais, vel pulchra, vel dea. Nam dij umbris contrarij sunt, quas nigras esse constat. hinc est, Candidus insuetum miratur limen olympi. Pallentes violas. Amantium tinctas colore. Horatius, Et tinctus viola pallor amantium. Unde non præter affectionem amantis, eos flores nymphas dicit offerre, qui sunt amantibus similes. Papauera carpens. narcissum & florem bene olentis anethi. Sane Papauer, Narcissus, Anethus, Pulcheissimi pueri fuerunt: qui in flores suorum nominum versi sunt: quos ei offerendo, quasi admonet nequid etiam tale aliquid vnquam ex amore patiat. Tum castia. Herba suauissimi odoris: ut sequentia indicant: quam Græci castiam dicunt. Et sic dictum est Tum castia atque aliis intexens suauibus herbis: ut in Sallustio. Leonem, atque alias feras. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Mollia vaccinia pingit, id est componit de caltha luteola. Nam nisi Luteola. septimus sit casus, non stat versus. Mollia autem, tactus plumei scilicet. Hoc dicens, ex colorum diuersitate quarit ornatum. Cana legam tenera lanugine mala. Mala dicit cydonea: quæ lanuginis plena sunt: sed non præter obliquitatem. Nam in Æneide diximus, apud Cretenses, infamiae genus iuuenibus fuerat, non amatos fuisse. Et verecundè rem inhonestam supprimit: quam Theocritus apertè commemorat. Castaneasque nuces. Bene speciem addidit: dicens castaneas. Nam Nuces, generaliter dicuntur omnia tecta corio durior: ut auellana, amygdala, iuglandes, castaneæ, sicut contra dicuntur poma, omnia molliora. Mea quas Amaryllis amabat. Ne eas viles existimes, quas Amaryllis est amare dignata, nam apud illam in ingenti fuerunt honore. Cerea pruna. Aut cerei coloris: aut mollia. Horatius, Cerea Telephi laudat brachia. Honos erit huic quoque pomo. Si à te dilectum fuerit: sicut castaneæ in honore fuerunt amata Amaryllidi. O Lauri. Licet Horatius dixerit Depone sub lauro mea: melius tamen est iuxta secundam formam inflectere: nam melius sonat. Proxima myrte. Vel vicina lauro: vel ad odorem proxima, potest enim vtrumque intelligi. Sic posita quoniam suauis miscetis odores. Quoniam permissione vestra suauem odorem creatis.*
- D**
- E**
- F**

*Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:
 Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
 Eheu quid volui misero mihi? floribus anstrum*

Perditus & liquidis immisi fontibus apros. A
 Quem fugis ab demens: habitarunt dii quoque sylvas
 Dardaniisque Paris. Pallas quas condidit arces,
 Ipsa colat: nobis placeant ante omnia silua.
 Torua leana lupum sequitur, lupus ipse capellam:
 Florentem cyrisum sequitur lasciva capella:
 Te Corydon & Alexi TRAHIT sua quengue voluptas.
 Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuueni, B
 Et sol crescenteis decedens duplicat umbras:
 Metamen vrit amor. QVIS enim modus adsit amor:
 Ab Corydon, Corydon, que te dementia cepit?
 Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.
 Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
 Viminibus, molliqua paras detexere iunco:
 Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Rusticus es Corydon. Arguit se stultitiam, quod eum se sperat placare muneribus, qui potest ha- C
 bere meliora. nam supra ait, Delicias domini, Iolas. Vel ditior amator: vel eius dominus. Eben
 quid valui misero mihi? Quomodo eum discedere dicit, quem supra cum eo diximus non fuisse?
 Nam ait solus montibus & syluis: sed ratione non caret. Epicurei enim dicunt (quod etiam
 Cicero tractat) geminam esse voluptatem: Vnam quæ percipitur: & alteram imaginariam, sci-
 licet eam quæ nascitur ex cogitatione. Vnde ita debemus accipere hunc versum per cogitatio-
 nem, illa imaginaria voluptate: qua & cernere & alloqui videbatur absentem. Sed post-
 quâ obiurgatione suâ in naturalem prudentiam est reuersus, caruit utique illa imaginaria vo- D
 luptate, vbi nunc sibi se obtulisse dicit per hanc ratiocinationem. Rusticus es Corydon: nec mu-
 nera curat Alexis. Nec si muneribus certes, concedat Iolas. Floribus austrum. Quo facilius are-
 scunt. Fontibus apros. Qui pueros fontes cœnosos efficiunt. Quem fugis ab demens? Iterum per
 phantasiâ quasi ad præsentem loquitur. & quasi ille dixisset sylvas, hic infert, habitarunt dii
 quoque sylvas. Dardaniisque Paris. Et Paris habitauit sylvas, qui de deorum pulchritudine iudi-
 cauit. Pallas quas condidit arces, ipsa colat. Ideo dea artium Minerua dicitur, quia de capite Io-
 uis nata est: sed quia dea est artium, & ingenij, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellen-
 tius ingenio: quippe quo reguntur vniuersa. Torua leana lupum. Theocriti sunt isti versus.
 Et bene se reuocat ad rusticas comparationes: penè enim fuerat lapsus, dicendo, Pallas quas
 condidit arces. Leana autem dictum est, sicut dracæna. Et quod ait, Torua leana lupum se-
 quitur: verum est: Nam necesse est ut veniente lupo, aduentus agnoscat leonis. cyrisus.
 Herba est. Lasciua. Voluptuosa & desidiola. Te Corydon & Alexi. Don o a, antibacchius est: E
 sed o breuis fit: quia vocalis vocalem sequitur. sic Homerus πρᾶξον ἰμι τῶν νεγρῶν. Trahis
 sua quengue voluptas. Notabatur à Criticis, quod hanc sententiam dederit rustico supra buco-
 lici carminis legem, aut possibilitatem. Aratra iugo referunt suspensa iuueni. Horatius. Vide-
 re fessos vomerem versum Boves collo trahentes languido. Et hoc vult dicere, Omnia excepto a-
 more finiuntur. Et sol crescenteis decedens duplicat umbras. Variauit: nam ait supra, Maiorèf-
 que cadunt altis de montibus umbræ. Duplicat autem, auget. Sallustius, Et Marius victus
 duplicauerat bellum. Me tamen vrit amor. Cum iam calor sit solis exhaustus. Que te
 dementia cepit? Id est, cur amoribus vacas: cum multa sint quæ debes in agro perficere? Semi- F
 putata tibi frondosa vitis in ulmo est. Plus est, quàm si imputata diceret. tolerabilis est e-
 nim non incipere aliquid, quàm incepta deserere. Hinc est illud in primo, Méne incepto
 desistere victam? Item in Georgicis, Atque opere in medio defixa reliquit aratra. Sanè gemi-
 nam arguit negligentiam: & quod semiputata vitis sit: & quod frondosa ulmus: nam vtrum-
 que obest. Vnde est in Georgicis, Bis vitibus ingruit umbra. Et aut simpliciter intelligimus
 hunc locum, ut suam arguat negligentiam: Aut certè illud est, Non mirum me esse demen-
 tem, qui habeo vites semiputatas. Nam in sacris dicitur quod corripiatur furore, qui sacrifici-
 cauerit de vino quod est de vitibus imputatis. Quin tu. Quin immo, hortantis est. Quo-
 rum indiget usus. Id est, quæ usus rusticus requirit. Sanè & egerillare, dicimus: ut eger ille
 Senatu & eger illius rei. inde est indiget. Nam & hoc, utriusque iungitur casui. Detexere. Per-
 ficere, finire, multum texere. nam de modo non minuatis est, sed augentis, Inuenies alium, si te
 hic

hic fastidit Alexis. Alium Alexim, alium puerum formosissimum, qui te minimè spernat. Et vult quidam in hoc loco esse allegoriam antiquam in Augustum: vt intelligamus, Inuenies alium imperatorem, si te Augustus contemnit pro agris rogantem. Sed melius simpliciter accipimus hunc locum. Nam nihil habet quod possit ad Cæsarem trahi: Illud verò paulò post penè apertè dicitur in Augustum Cæsarem, Quoniam fors omnia versat.

ECLOGA III. PALÆMON.

MENALCAS. DAMOETAS. PALÆMON.

B Mc.



*Te mihi Damœta cuium pecus? an Melibœi?
Non, verum Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.*

Da.

Dic mihi Damœta Transit in Eclogam plenam litigij, & pastoralium conuitorum. Qui enim Bucolica scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint eclogæ: quod etiã Virgilius fecit. Nam prima, habet vnius otium: & alterius, qui de suo agro pellitur, conuersionem. Secunda, amantem exprimit rusticum. Hæc vero, lites habet & altercationem. Vnde etiam dramatico caractere scripta est. nam nusquam poeta loquitur: sed introductæ tantum personæ. Nouimus autem tres esse characteres dicendi: Vnum exegeticum, in quo tantum poeta loquitur: vt est in tribus libris Georgicorum. Alium dramaticum, in quo nusquam poeta loquitur: vt est in comædiis & tragædiis. Tertium mistum, vt est in Æneide: nam & poeta illic, & introductæ personæ loquuntur. Hos autem omnes characteres in bucolico esse conuenit carmine: sicut liber etiam demonstrat. Nam habet illum exegeticum, in quo tantum poeta loquitur: vt, Sicelides musæ, paulo maiora canamus. Habet mistum, vt Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Nam etiam Gallum illic inducit loquentem. Habet dramaticum, vt in prima Ecloga: item in hac, quam miro ordine ex rebus communibus veniente composuit. Habet enim in ipso quasi primo occurso, lites & iurgia: Inde quaritur iudex, quo præsent, habeant conflictum & disceptationem. Sequitur indententia, quæ vniuersa concludit. *Cuium pecus? Ab amaritudine cœpit.* Nam dicendo, cuium pecus, ostendit eum esse mercenarium. Est autem Theocriti carmen, *εἰπέ μοι ὡς κέρδιον τίς ἐστι βόσκειν ἢ ὡς ἐν ἀγρῷ? ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ ἀγρῶν.* Cuium autem antiquè ait, vitans ὀμολογῆσαι, ne diceret cuius pecus: quod modo trium est generum. Antiqui dicebant sicut meus, mea meum, sic cuius cuium. Terentius, *Quid virgo, cuius est? Non, verum Ægonis.* Amare etiam hæc ritualis eius pecora esse dicit: & vt diuitias illius ostendat: & dicat duras esse huius partes, si quidem ritualis eius, traditis ouibus, solus amicæ communis amoribus vacet. *Mihi tradidit.* Mæx fidei commisit, & credidit.

Mc. *Infelix ò semper ouis pecus: ipse Neeram
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa, veretur.
Hic alienus ouis custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*

B

Da. *Pa cuius ista viris tamen obiiicienda memento.
Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis,
Et quo (sed faciles nymphæ rursere sacello.)*

F

Infelix ò semper ouis pecus. Ordo est, ò infelix pecus semper ouis: id est semper futurum imbecille. *Neeram.* Amicam communem suam & Menalcæ. *Dum fouet.* Dum amplectitur. *Præferat illa, veretur.* Ac si diceret, ideo timet ab illa discedere: quia scit me præferri, si ipse discesserit. *Bis mulget in hora.* Quod vix per totum diem potest in ouibus fecundis fieri. Nam pro laude in Georgicis posuit, bis ad diem mulgeri oues: dicens, Quod surgente die mulserit, horisque diurnis, Noctæ premunt: quod iam tenebris & sole cadente, Sub lucem exportant calathis. Quid autem sit Bis mulget in hora, ipse dicit, *Et succus pecori, & lac subdui iur agnis.* Melius hic distinguitur: licet possit dici etiam, parcius ista. Sensus autem est, Non valde hæc obiiicere, tamen scias viris fortibus obiiiciendas rapinas. Ipse enim vit in nono, Conuestare iuuat prædas, & viuere raptis. *Non mis & qui te.* Subaudi corruerunt quod suppressit vercundè: licet Theocritus apertè ipsam turpitudinem ponat & exprimat. *ἢ ὡς μὲν ἄνδρ' ἴσθ' ἠγροῦ τῆσδε ἀγρῶν, ἢ ὡς τῆσδε ἀγρῶν.* Sacro loco. Id est in loco sacro. nam diminutiue dictum

est, *Transuersa tuentibus hircis*. Hircos, Id est capros, libidinosa constat esse animalia. Vnde Horatius, *Libidinosus immolabitur caper*, & *agna tempestatibus*. Quod etiam Plinius Secundus dicit, *Hirci si casu aliquos coeuntes vident, adeo indignantur, ut in eos penè impetum faciant*. Hinc est, *Transuersa tuentibus hircis*, id est vestram turpitudinem indignantibus. Alij hoc improbant, & legunt *hirquis*. Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium *Tranquillum*, in vitiis corporalibus, ut sit sensus, Nouimus qui te corruerit, *hirquis transuersa tuentibus*: & est *Hypallage*, pro, oculis in hirquos retortis, quam rem solet libido perficere. Vnde Iuuenalis, *Oculisque in sine tremenis*. Persius, *Parvum fractus oculo*. Sed *faciles nymphæ visere*. Ideo (inquit) indulgere nymphæ, quia mites sunt & exorabiles. Sic in Georgicis, Et faciles venerare Napæas.

Mc. *Tum credo, cum me arbutum videre Myconis,
Atque mala vites incidere falce nouellas.*

Da. *Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos: que tu peruerse Menalca,
Et cum vidisti puero donata, dolebas:
Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.*

Tum credo. Et rusticè & naturaliter respondet. non enim antè purgat obiecta, sed alia obicit. Ita enim irati facere consueverunt, cum aut non potuerint, aut noluerint obiecta dissoluere. *Mala falce*. Quia tu malè vteris. Et dictum est ex affectu vtenis: sicut, Inutile ferrum Cingitur. In hoc autè maximè nefas est, quod ait, vites nouellas. Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. Fuerat autem capitale supplicium arbores alienas incidere. Et *Arbutum* quidam locum in quo arbores sunt volunt accipere, sicut salictum, *Arcum*, & *calamos*. Nam habent arma pastores: ut in Georgicis docuit, *Armæque, Amycleumque, canem, Cressæque pharetras*: *Peruerse Menalca*. Aut conuerse ad turpitudinem, aut intelligamus quendam fuisse Menalcam nobilem: ut istum peruersum Menalcam dixerit, illius comparatione. Sic Sallustius, *Senus iste Remulus*. *Aliqua nocuisses*. Id est aliquatenus, aliqua ratione.

Mc. *Quid domini faciant, audent cum talia fures?
Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis, multum latrante lycisca?
Et dum clamarem, Quo nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.*

Da. *An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.*

Quid domini faciant, audent cum talia fures? Plerunque personæ suis nominibus exprimuntur, plerunque per officia designantur, ut si dicas, philolophus: nomen ipsum ponis. Si autem velis dicere, sapientiæ operam dans: personam exprimis per officium, sicut hoc loco fecit. Nam pro seruo furem posuit. Furta enim specialiter seruorum sunt. Sic Plautus de seruo, *Tu trium literarum homo visuperas me?* Id est fur. *Non ego te vidi*. Manifestè eum furti arguit, dicendo, vidi. *Excipere*. Dolo capere: ut, *Excipit incautum insidiis*. *Latrante lyciscæ* Lyciscæ sunt, ut etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis & canibus, cum inter se forte misentur. *Proripit*. Ingerit, immittit. *Ille*. Fur. *Tityre*. Alius pastor. *Coge*. Id est, collige & in vnum redige. *Post carecta latebas*. Loca caricis plena. Carex autem, herba est acuta, & durissima, spartho similis. Alibi, Et carice pastus acuta. Sanè ut Seruius dicit super hoc loco superfluam volunt esse allegoriam, dicentes rem nesciam lectam de Virgilio. aiunt enim hoc, Varus tragœdiarum scriptor habuit uxorem literatissimam: cum qua Virgilius adulterium solebat admittere: cui etiam dedit scriptam tragœdiam, quam illa marito dedit, tanquam à se scriptam. Hanc recitauit pro sua Varus: quam rem Virgilius dicit per allegoriam. nam tragœdiæ præmium caper fuerat: Horatius, *Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum*. Sed melius simpliciter accipimus, refutandæ enim sunt allegoriæ in bucolico certamine: nisi, ut supra diximus, ex aliqua agorum perditorum necessitate descendunt. An, pro ergo, ut Comminianus dicit. *Meus caper*. Debitus merito victoriæ. *Reddere posse*. Scilicet ne suo iudicio videretur esse superatus.

Mc. *Cantando tu illum: aut unquam tibi fistula cera
Iuncta fuit: non tu in trinis indoste solebas*

A
 Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
 Da. Vis ergo inter nos, quid possit uterque, vicissim
 Experiamur: ego hanc vitulam (ne forte recuses,
 Bis venit ad mulctram, binos alit ubere foetus)
 Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

Cantando tu illum Imperitus peritum. Cera iuncta fuit. Suprà, Pan primus calamos cera con-
 iungere plures Instituit. In triuiis. Consuetudo enim fuerat ut per triuia & quadriuia vlularer,
 & flebile quiddam in honorem Dianæ canerent rustici, ad reddendam Ceretis imitationem, que
 raptam Proserpinam in triuiis clamore requirebat. Nouimus autem eandem esse Proserpinam

B
 quam Dianam. sic in Aeneide, Nocturnisque Hecate triuiis vlulara per vrbes. Miserum carmen.
 Triste, flebile, quale canunt stipula: & quod congruit ad imitationem matris orbatæ. Vis ergo
 inter nos. Aut nostri comparatione: aut quod melius est, nullo iudice præsentente. postea enim ex
 improviso Palæmon aduenit. Vicissim experiamur. Id est amœbæo carmine. Amœbæum autem
 est, quoties ij qui canunt & æquali numero versuum vtuntur, & ita se habet ipsa responsio, ut
 aut maius aut contrarium aliquid dicat, sicut hic sequentia indicabunt. Ego hanc vitulam, Sub-
 distingue, ut ita intelligamus, ne eam vilem existimes. Bis venit ad mulctram: binos alit ubere foetus.
 Ut eam laudare ex foetu & ex ætate videatur. Malè enim quidam quæstionem mouent
 dicentes, vitulam paruam esse: nec congruere ut eam iam enixam esse dicamus: sed debere nos

C
 iuuenam subaudire, ut sit, Ego hanc iuuenam depono, vitulam ne fortè recuses. Nam & vi-
 tula, à viridioræ ætate dicta est, sicut virgo: ut paulò post ipse dicturus est, Si ad vitulam spectes,
 nihil est quod pocula laudes. Item, Et vitula tu dignus, & hic. Vnde & iuuenam subaudire
 non possumus: sed secundum superiorem sensum intelligamus. Vitula enim est nomen ætatis:
 non quòd tantum ante partum vaccæ possideant. Mulctram. Et fœmineo genere dicimus hæc
 mulctra: vas in quo mulgetur: & neutro, hoc mulctrale. Vnde est in Georgicis, Implebunt
 mulctralia vaccæ. Alij faciunt discretionem: ut sit mulctra, tempus quo mulgentur animalia:
 mulctrale, vas in quod mulgentur. Depono. In sponcione colloco, sequestro. Quo pignore. Qua
 sponcione, quia pignus sponcioni est.

Da. De grege non ausim quicquam deponere tecum,
 Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca:
 Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.

D
 Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius,
 (Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
 Fagina, celatum diuini opus Alcimedontis:
 Lenta quibus torno facili super addita vitis,
 Diffesos hedera vestit pallente corymbos.
 In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter?
 Descripsit radio totum qui gentibus orbem:
 Tempora que messor, que curuus arator haberet,
 Necdum illis labra admouit, sed condita seruo.

E
 Da. Et vobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
 Et molli circum est ansas amplexus acantho:
 Orpheæque in medio posuit, syluasque sequentes.
 Necdum illis labra admouit, sed condita seruo.
 Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

De grege non ausim quicquam deponere tecum. Suprà enim eum aliena pascere dixit animalia:
 ut, Dic mihi Damocæta, cuium pecus? Iniusta nouerca. Epitheton generale nouercarum. Bisque
 die numerant ambo pecus. Et dū vadit ad pascua: & dum inde reuertitur. Alter & hædos. Malè qui-
 dam priuignum accipiunt, alter enim, de duobus dicimus, non de tribus: Vnde alter, de nouer-
 ca intelligamus. Nec nos moueat quòd alter dixit de fœmina: nam & in subauditione ponun-
 tur ea quæ non possumus dicere & scimus: quia quoties hæc duo genera iunguntur, masculi-
 num præponderat fœminino. Insanire libet quoniam tibi. Vel sub sponcione contendere, vel
 quod melius est, carmina componere. Nam insani dicuntur poætæ. Diuini opus Alcimedontis.
 Læus ab artifice. Cicero, Polyæsti esse dicebant. Pocula autem Fagina quasi rem maximam. Quibus

torno facilis. Donatus sic legit. Legitur tamen & *torno facilis*: ad excludenda duo epitheta A
quod est in latinitate vitiosum, si sit, *lenta facilis vitis.* *Corymbos.* Vuas hedarum. *Conon.* Dux
fuit: cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur, nam philosophi tacent, quod non facile
potest ad rusticum peruenire. & bene ea dicit philosophi, quæ ad rusticum pertinent, vt, *Tempo-
ra quæ messor, quæ curuus arator haberet.* *Radio.* Id est virga philosophorum, qua geomet-
træ lineas indicant. Inuenta autem hæc est ars tempore quo Nilus plus æquo crescens confu-
dit terminos possessionum: ad quos innouandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diuiserunt
agros: inde geometria dicitur: cum non tantum terræ, sed & maris, & cæli, & æris spatia metiri
consueuerit. Significat autem *Ara* tum, aut *Ptolemæum*, aut *Eudoxum.* *Nec dum illis labra
admoni Hypallage.* pocula enim labris adhibemus: vt *Dare* classibus austros. Et tantam in eis di-
cit venerationem, vt necdum illis vsus fuerit. *Idem Alcimedon.* Irrisio est facta iteratione ver-
borum & mirè omnia in vituperationem trahit, quæ ille laudauit. *Et nobis fecit.* Ac si diceret, B
Putas te solum habere pocula: cui enim *Alcimedon* non fecit? tu pro reuerentia ea non tan-
gis: ego ideo quia vilia esse existimo. *Molli Acantho.* Genus est floris: quia ille dixerat, *lenta
vitis.* *Syluasque sequentes.* Non secutas: sed quasi adhuc sequentes: vt peritiam artificis laudet.

Me. Nunquam hodie effugies: veniam quocunque vocaris:

Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce Palemon.

Efficiam posthac ne quenquam voce laceffas.

Da. Quin age, si quid habes: in me mora non erit vlla.

Nec quenquam fugio, tantum vicine Palemon

Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.

Pa. Dicite: quandoquidem in molli confedimus herba.

Nunquam hodie effugies. Ac si diceret, *Ne contendas:* excusationes requiris: non quia æstimas
vilia pocula. *Veniam.* Descendam. *Audiat hæc tantum.* Subaudi aliquis, *Tantum* autem, quia su-
spicatur eum victum non posse cedere, qui ita etiam ante certamen est contumax. *Vel qui.* Qua-
si requirentis est, cum subito venit *Palemon.* Alij distinguunt: vel qui venit. Bene autem du-
bitare eum ipse immisisse videatur, & sit credibile quod ad eius iudicet gratiam. Hoc etiam
Damætas sentiens dicit, *Nec quenquam fugio.* Id est consentio ad eum iudicem quem tu eligis.
Vicine Palemon. Beneuolum reddit ex vicinitatis commemoratione. *Terentius,* *Vel virtus me tua,*
vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitie puto. C

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:

Nunc frondent sylua, nunc formosissimus annus.

Incipe Damæta, tu deinde sequere Menalca.

Alternis dicetis: amant alterna camæns.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Ipse alibi, *Parturit almus ager.* Sinè bene subdi-
dit, *Nunc frondent sylua,* referens ad arbores steriles: nam *Parturitione* de pomiferis dicimus. Vult
autem tempus exprimere quo & delicia sunt in agris, & rustici minus laborant: vt sit duplex
ad cantilenam inuitatio. *Alternis dicetis.* Quia quasi iratus fuerat, quod *Damæta* prior locus
dabatur: idcirco ait, *alternis dicetis.* In *Amœba* enim carmine difficilior pars respondentis E
est: qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed, aut maiorem aut contrariam format respon-
sionem: vt diximus suprâ. *Camæna.* Musæ, quibus à cantu nomen est inditum.

Da. Ab Ioue principium Musa: Iouis omnia plena:

Ille colit terras, illi mea carmina cura.

Me. Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me

Munera sunt, lauri, & suaue rubens hyacinthus.

Ab Ioue principium Musa. Vel musæ mæ ab Ioue est principium, vel, *O musæ,* sumamus ab
Ioue principium. Est autem *Arati*, qui ait, *Ex didc ap' x' mæda, r'v' edl' por' ad p'c' i'w' d'p' p'nter. m'c' ai
d' d'p' n'ra p'p' a'p'wai n'ra d' ad p'nter a'p'oc'ci, m'c' d' d'ala'ra, q' n'p'p'ic' n'ra d' d' d'c' p'nt' h'ou' d'c'
n'ra' r'c'.* *Iouis omnia plena.* *Lucan.* *Iuppiter est quocunque videt, quocunque moueris.* Ipse alibi, *Spiritus*
inrus alit, totamq; infusa per artus Mens agit molem. Ipse enim est spiritus, sine quo nihil
mouetur aut regitur. *Colit terras.* Amat. Cæterum superior, colitur: non colit inferiorem. Sic ali-
b' *Vnam* posthabita coluisse *Samo*, Id est *amasse.* Nec mirum si rusticus sumpsit ab Ioue prin-
cipium: quem amare terras constat, & habere carminum curam. *Et me Phœbus amat.* Aut simile
est quod dicit, quia vnicuique deus is quem colit, summus viderur: vt *Samme* deum sancti
custos F

A **custos Soraētis Apollo** : vt Apollinem exæquauerit Ioui. Aut certè ordo fit talis, Me & Phœbus amat: vt & plus dicat, nec Ioui videatur Apollinem comparare. *Sua munera*. Ipsi grata. Id est laurus & hyacinthus. Nam scimus & Daphnem Ladonis fluminis Arcadiæ filiam, dilectam ab Apolline, & Terræ miseratione in laurum conuersam. Et Hyacinthum amatum, tam à Borea, quàm ab Apolline: qui cum magis Apollinis amore lætaretur: dum exerceretur disco: ab irato Borea eodem disco est interemptus, & mutatus in florem nominis sui.

Da. *Malo me Galatea petit lasciuia puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.*

Mc. *At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas:
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.*

B *Antè videri*. A me, antequam lateat. Horatius, *Nunc & latentis proditor intimo Gratus puellæ visus ab angulo. Offert vltro*. Ille plus dicit lege Amœbæi carminis. *Delia nostris*. Deliam alij amicam priorem volunt: alij Dianam, quæ est à Delo: & est canibus nota, per quos venamur, quasi dea venationis. Nâ si ad amicam referas, hoc dicit, Sic frequenter ad me Amyntas venit, vt canibus meis notior sit, quàm amica Delia.

Da. *Parta mea Veneri sunt munera: namque notasi
Ipse locum, aëria quò congestère palumbes.*

Mc. *Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.*

C *Parta. Preparata. Meæ Veneri. Meæ amicæ. Aëria. Aërij coloris. Congessere. Nidificauere. Aurea mala decem misi*. Plus dicit, nam cum ille dixisset se esse missurum: iste iam misisse confirmat. Aurea autem, aurei coloris. Et volunt quidam hoc loco esse allegoriam ad Augustum de decem eclogis: quod superfluum est. quæ enim necessitas hoc loco allegoriæ?

Da. *O quoties, & qua nobis Galatea locuta est:
Partem aliquam venti diuinum referatis ad aures.*

Mc. *Quid prodest, quòd me ipse animo non spernis Amynta,
Si dum tu seclæris apros ego retia seruo?*

D *Diuinum referatis ad aures*. Ira, inquit, mecum dulcè locuta est Galatea, vt deorum auditu eius digna sint verba. *Animo non spernis*. Id est libentissimè amas. Et est Liptotes figura, sicut, *Munera nec sperno*. Et multi hunc locum allegoricè accipiunt: vt videatur Augusto dicere, *Quid prodest, quia me diligis: si ad capiendos hostes pergens, in otio me relinquis?* Dicitur enim Virgilium sequi voluisse Augustum contra Antonium ad Actiaca bella properantem. *Retia seruo*. Quæ res in venatione minus possidet voluptatis. *Amynta*. Vocatiuus græcus est. Et sciendum, Græca nomina in *As* exeuntia, siue crescant, siue non crescant in genitiuo, vocatiuum in *A* mittere: vt *Æneas, Æneæ, ò Ænea*. Pallas Pallantis, ò Palla, vt Non hæc ò Palla dederas promissa parenti.

Da. *Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.*

Mc. *Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit.
Et longum formose vale, vale, inquit, Iola.*

E *Phyllidamitte mihi*. Amicam communem, causa natalis diei: in cuius tantum sacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in aliis sacrificiis erat castitatis obseruatio: quod etiam sequentia indicant, vbi dicit, *Cum faciam vitula pro frugibus*. Id est, cum pro frugibus sacrificare cœpero, tu tantummodo venito. Sanè *Natalis* apud maiores plenum nomen, posteritas *Natalis diei*: dicere cœpit. Nam cum Horatius dixerit, *Natalis grata numeras*: Iuuenalis ait, *Natalis Coruino diemibi dulcior hæc lux. Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito*. Cum sacrificauero. Et figuratè, faciam vitula ait: vt faciam thure, vt faciam agna. Horat. *Ses postat agna, siue malis hædo*. Dicitur autem hoc sacrificium Ambaruale: quòd arua ambiat victima. Sic & ipse in Georgicis, *Térque nouas circum felix eat hostia fruges*. Sicut ambaruale, vel ambarbium dicitur sacrificium quo urbem circuit, & ambit victima. *Vale, vale, inquit, Iola*. Hic pastor aut habuit duo nomina (nam supra eum Menalcam dixit) aut certè Iolam eum, quasi pastorem optimum appellauit à quodam pastore nobilissimo: sicut virum fortem plerunque Achillem: Adulterum, Parim vocamus. Sanè *Longum vale* ita ait, vt toruum clamat, pro aduerbio nomen posuit. *Vale vale inquit, Le* corripit sequens vocalis: vt, *Te Corydon ò Alexi*.

F

Da. *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus ventis, nobis Amaryllidis ire.*

Me. *Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis
Lenta salix fœto pecori: mihi solus Amyntas.*

Triste. Tristis res. Dulce. Dulcis res. Satis. Segetibus. Depulsis. A lacte prohibitis. vt, Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Da. *Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam:
Pierides vitulam lectori pascite vestro.*

Me. *Pollio & ipse facit noua carmina, pascite taurum,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.*

Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam. Blanditur iam Pollioni patrono: quem tragediarum & historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur. Nam in secundo carminum dicit de historiis, Periculose plenum opus aleæ Tractas, & incendis per ignes Suppositos cineri doloso. Item paulo post, Paulum seueræ musæ tragædiæ Desit theatris. Quem, carmen suum, licet rusticum, tamen amare confirmat. Pierides vitulam lectori pascite vestro. Id est, pascite eius armenta, quia legit hoc carmen. vel vitulam ei nutrite pro præmio. Pollio. Sanè alij legunt Pollio, vt prima producatur: alij Polio. Noua carmina. Magna, miranda. Pascite taurum. Hic auget: nam vitulam dixerat.

Da. *Qui te Pollio amat, veniat, quò te quoque gaudet:
Mella fluant illi: ferat & rubus asper amomum.*

Me. *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mau:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.*

Quo te quoque gaudet, Subaudi venisse, peruenerat autem ad consulatum post triumphum Dalmaticum. Nam vicerat Salonas ciuitatem Dalmatiæ. Horatius, Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho. Amomum. Flos est Assyrius: vt Lucanus, Vicine messis amomum. Qui Bauium non odit. Pro pœna ei contingat vt diligit Meuium pœiorem poëtam. Nam Meuius & Bauus pessimi fuerunt poëta, inimici tam Horatio quàm Virgilio. Vnde Horatius, Mala soluta nauis exit alite, Ferens olenem Meuium. Mulgeat hircos. Faciat ea quæ contra naturam sunt.

Da. *Qui legitis flores, & humi nascencia fraga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.*

Me. *Parcite oues nimium procedere: non bene ripe
Credetur: ipse aries etiam nunc vellera siccata.*

*Fraga. Mora quæ in herbis nascuntur. Ideo dixit *Humi nascencia. Latet anguis in herba.* Allegoria est: nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites verlabantur armatos: quos sicut anguis, mortem inferre posse non dubium est. *Non bene ripe creditur, Ipse aries etiam nunc vellera siccata.* Allegoria ad illud quod supra diximus, pertinet: quia post acceptos agros, ab Ario centurione penè est interemptus, nisi se præcipitasset in fluuium. *Parcite autem, prohibere. Procedere.* Id est seruate ne procedant. vt, *Gnatus parce tuis.**

Da. *Tityre pascentes à flumine reice capellas:
Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.*

Me. *Cogite oues pueri si lac præceperit æstus,
Vt nuper frustra pressabimus vbera palmis.*

Tityre pascentes à flumine reice capellas. Id est, ô Mantua, noli modo velle aliquid agere de repetendis agris. Nam cum opportunum fuerit, Ego omnes lauabo, id est purgabo apud Cæsarem, cum de Actiaco prælio reuersus fuerit. Et bene, in fonte ipse enim per amicos Cæsaris agrum meruerat recipere, tanquam per riuulos quosdam, nunc autem Mantuanis beneficium dicit se ab ipso Imperatore meriturum. Reice capellas. reice ea, procelesmaticus est pro dactylo: & sic est positus vt Genua labant. Item, arietat in portas. Cogite oues. In ouilia colligite. vt Tityre coege pecus. Præceperis. Præoccupauerit, nam naturale est vt lac augeatur frigore, calore minuatur.

Da. *Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in aruo:
Idem amor exitium est pecori, pecorisque magistro.*

Me. *His certè neque amor caussa est, vix ossibus hærent:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.*

A *Vix ossibus hærent. Vix ossa eorum cohærent. Teneros oculus mihi fascino agnos. Dicit caussam maciei, & per transitum, pulchrum se habere pecus significat, quod utique meruit fascino.*

Da. *Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Treis pateat cæli spatium non amplius vlnas.*

Me. *Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.*

Eris mihi magnus Apollo. Relicto certamine, sibi proponunt ænigmata. Bene autem ait, Eris mihi Apollo; quia in rebus incertis sola opus est diuinatione. Treis pateat cæli spatium non amplius vlnas. Vlna, propriè est spatium in quantum vtraque extenditur manus. Dicta vlna, & τὸ πῶν ἢ ἀλυσθῆναι, id est à brachiis. vnde & ἀδύκωλον & ἴσθμῳ dicitur. licet Suetonius vnū cubitū velit esse tantummodo. Sanè hæc quæstio variè soluitur. Nam alij dicunt significare eum sepulchrum Cælij luxuriosi, qui venditis omnibus rebus & consumptis, tantummodo sibi spatium reseruauit, quod sepulchro sufficeret, & voluisse eum errorem facere ex cæli & Cæli similitudine, vt fit, Dic mihi vbinam sepultus est Cælius, cuius tribus vlnis continetur sepulchrum? Alij verò volunt puteum significari, qui est in Syene parte Aegypti: quam ad hoc nimia altitudinis philosophi effoderunt, vt probarent locum illum esse solum, quem recto Sol intuitu irradiaret. Nam octauo Calend. Iul. die, quando in centro suo est Sol, lumine suo tam imam quoque illius putei, quàm summam terram irradiat. Alij dicunt clypeum Aiæcis trium vlnarum in quo expressa cæli forma fuit. alij specum in Sicilia, per quod rapta est à Dite Proserpina, alij mundum in sacro Cereris. Sed neutrum horum conuenit rustico. Vnde simpliciter intelligendus est cuiuslibet loci puteus, in quem cum quis descenderit, tantum cæli conspiciat spatium, quantum putei latitudo permiserit. Ascronius Pedianus dicit se Virgilium dicentem audisse, in hoc loco se Grammaticis crucem fixisse, volens experiri quis eorum studiosior inueniretur, volens intelligi de Celio Mantuano, vt supra dictum est. Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores. Quia soluere non potuit, ipse aliam obiicit quæstionem: & captiosè, quibus in terris dixit. Hyacinthus enim vbiq; nascitur, flos qui natus est primo de Hyacinthi sanguine, postea de Aiæcis, sicut Ouidius docet. Est autem quasi lilium rubrum, designans primam Hyacinthi literam. Regum autem nomina, non quoniam ipsi reges fuerunt, sed quia regum filij, vt Magnum reginæ sed enim miseratus amorem, cum de Ariadne diceret Pasiphaes reginæ filia. Sanè multi volunt nomina regum, pro nomine Regis positum, vt sit quemadmodum illud in Terentio, Non perperam meretricum contumelias. cum de vna loqueretur. Nam flos iste Hyacinthi tantum, & non Aiæcis nomen retinet. Tamen sciendum ænigmata hæc, sicut ferè omnia, carere aperta solutione. Phyllida solus habeto. Amisam communem, quod plus est, quàm esse Apollinem. Nam esse Apollinem impossibile est, quod ille promiserat, hic verò, possibilia pollicetur.

Pa. *Non, nostrum inter vos tantas componere lites,
Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amarus.
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.*

Non. Hic distinguendum est, vt sit sensus, Officium iudicis est ferre sententiam, non eorum qui inter se cõtendunt. Vnde malè quidam totum iungunt, Non nostrum inter vos tantas componere lites. nam non negat se facturum esse quod faciet: iudicaturus enim est eos esse pares, dicens, Et vitula tu dignus, & hic, Componere. Finire. vt, Ante diem clauso componet vesper olympo. Id est finiet. Et quisquis amores. Aut metuet dulces, aut experietur amarus. Et tu & hic digni estis vitula, & quicumque similis vestri est. Nam supra vnus dixerat, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. Item alter, Dulce satis humor, depulsi arbutus hæc dis, Lenta salix facto pecori, mihi solus Amyntas. Ad cuius amatoris similitudinem pertinet. Aut metuet dulces. Namque hic Menalcas, & amabat, & amabatur: sed tanquam prudens timebat, ne vnquam posset amor ille dissolui. Et contra Damætas amaritudinem amoris expertus fuerat ex amicæ Amaryllidis iracundia. Mesuet dulces. Timebit pro dulcibus ne eos amittat. Sat prata biberunt. Aut intelligimus hunc exisse, vt iuberet pueris suis vt aqua irrigarent, quod illis cantantibus factum est, aut, & re vera dicit, riuos claudite. aut certe allegoricè: hoc dicit, iam cantare desinite. satiati enim audiendo sumus.

ECLOGA III. POLLIO.

P O E T A.



SICELIDES *Muse, paulò maiora canamus:*
Non omnes arbuta iuuant, humilèsq; myrica.
Si canimus sylvas, sylua sint consule digna.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam nona progenies celo demittitur alto.

Sicelides Muse paulò maiora canamus. Afinius Pollio ductor Germanici exercitus cum post captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primò meruisset lauream: post etiam consulatum adeptus fuisset: eodem anno suscepit filium: quem à capta ciuitate Saloninum vocauit, cui nunc Virgilius genethliacò dicit: quem constat natum risisse statim: quod parentibus omen est infelicitatis. nam ipsum puerum inter ipsa primordia, id est, nono die periisse manifestum est. *Sicelides Muse.* Sicelides autem græcum est. Nam Latine Sicilienses facit, id est Theocritiæ. Nam Theocritus Syracusanus fuit, quem in hoc opere Virgilius imitatur, vt diximus suprâ. *Paulò maiora canamus.* Benè paulò dicit. nam licet hæc ecloga discedat à bucolico carmine: tamen inferit aliqua apta ei operi ergo non maiora, sed paulò maiora. *Myrica.* Virgulta sunt humilia & sterilia, quod vulgò tamaritium dicitur. *Si canimus sylvas, sylua sint. c. d.* Id est miseretur illi... honos vt dignæ sint consule, id est filio. . . consulis A inio Pollione. *Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.* Sibylli ni, quæ Cumana fuit, & secula per metalla diuisit. dixit etiam quis quo seculo imperaret: & solem vltimum, id est decimum voluit. Nouimus autem eundem esse Apollinem. Vnde dicit, Tuus iam regnat Apollo. Dixit etiam, finitis omnibus seculis rursus eadem renouari: quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes completo magno anno, omnia sydera in ortus suos redire, & referri rursus eodem motu. Quod si est idem syderum motus, necesse est vt omnia quæ fuerunt, habeant iterationem. Vniuersa enim ex astrorum motu pendere manifestum est. Hoc secutus Virgilius, dicit reuerti aurea secula, & iterari omnia quæ fuerunt. *Ab integro.* vel denuo vel ab initio. *Cato de suo consulatu.* Omnia ab integro paranda erant. *Seclorum.* Synæresis, pro seculorum, & seculum quidam centum annorum definitunt, quidam centum decem. Horatius *Certus vndenos decies per annos.* *Iam redit & virgo,* Iustitia quæ Erigone fuit, filia Themidis vt inter homines versaretur, propter eorum scelera terras reliquit, quam ideo virginem dicunt, quod sit incorrupta iustitia. Et permiscet laudes tam pueri, Pollionis, quam Augusti. Nam felicitas temporum, ad Imperatoris laudem pertinet. *Saturnia regna.* Aurea secula, quia Saturnus aureo seculo regnasse dicitur. *Iam nona progenies celo demittitur alto.* Vt videantur homines non ex mortalibus nati, sed ex numinibus, & quasi celo lapsi. Et hinc conicit fore aurea secula, quòd Augustus imperat: vel quod talis est natus puer, vel quòd consul est Pollio, vnde est, te consule inibit.

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Castæ fauæ Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teque adeo decus hoc æui, te consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Ille deum vitam accipiet, diuisque videbit
Permistos heroas, & ipse videbitur illis:
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

Quo. Deest nascente. Nam hoc dicit, fauæ ei Lucina, cuius ortus secula immutabit, aureis scilicet terrea *Castæ fauæ Lucina.* Modo Lucinam Dianam accipimus. Sic Horatius, *Sine te Lucinam probas vocari, seu te penitus Iunonem.* Terentius Iunonem dicit Lucinam: vt, *Iuno Lucina fer opem,* cum tamen ambæ vnum sint. Sane hic Dianam, Lucinam non immerito designat. Prior, n. genita parturienti matri Apollinè, tulisse auxiliū dicitur: Nigidius de diis lib. 1111. *quidam deos &*

- A** *Horum genera temporibus & ætibus, inter quos & Orpheus primum regnum Saturni, deinde Iouis, tum Neptuni, inde Plutonis, nonnulli etiam, ut magi aiunt, Apollinis fore regnum.* In quo videndum est, ne ardorem (siue illa ecpyrosis appellanda est) dicant. Quidam hoc loco, Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo, Octauiam sororem Augusti significari, adfirmant, ipsūque Augustum Apollinem. Tuus iam regnat Apollo. Vltimum seculum ostendit, quod Sibylla Solis esse memorauit: & tangit Augustum, cui simulachrum factum est cum Apollinis coniunctis insignibus. *Inibit.* Inchoabit, exordium accipiet: aureum scilicet seculum, & ideo inibit, non iniiit, quia consul designatus erat. Quidam Saloninum Pollionis filium accipiunt. Alij Asinium, Gallum fratrem Salonini, qui prius natus est Pollione consule designato. Alconius Pedianus à Gallo audisse se refert, hanc eclogam in honorem Cæsaris & Augusti, acceperunt nomina.
- B** Nam antea Quintilis & Sextilis dicti sunt. Et hoc etiam trahit ad argumentum aurei seculi. Postumus & magni pro pulchri accipere, id est aurei seculi. *Te duce.* Vel Auguste, vel Pollio, vel Salonine, id est auctore. *Sceleris vestigia nostri.* Bene nullum vult esse presentium temporum vitium: sed reliquias dicit esse superioris ætatis. Sic in Georgicis cum laudaret Augustum, & carperet tempora, dicens. Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes Arma ferunt: sauiuit toto Mars improbus orbe. Intulit, Fertur equis auriga, neque audit currus habenas: ostenderet tantas esse reliquias præteritorum malorum, vt ne ab optimo quidem rectore sedari posse viderentur. Vestigia autem scelerum dicit bella ciuilia, quæ gessit Augustus contra Antonium apud Murenam: contra L. Antonium fratrem Antonij apud Perusium: contra Sextum Pompeium filium Pompei in freto Siciliensi: contra Brutum & Cassium in Thessalia: contra
- C** Antonium & Cleopatram in Epiro apud Actium promontorium iuxta Leucaten. *Irrita.* Ad nihilum deducta vestigia, & non dicit, iam irrita soluent terras formidine: sed, sicut irrita, & soluent terras timore. *Perpetua* autem est longa. *Ille Deum vitam accipiet.* Sicut supra artificiosè laudem confundit, vt poit esse communis. nam ad quemuis potest referri *Ille.* vel ad Augustum, vel ad Saloninum. *Pacatumque reges patriis virtutibus orbem.* Vel Augustus Cæsaris, vel Saloninus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus vtriusque est, & eius qui pacauit, & qui pacatum tuctur, vel certè patriis illis, deest ab, id est ab illis.

D *At tibi prima puer nullo munuscula cultu,
Errantem hederas passim cum baccare tellus,
Mistæque videnti colocasia fundet acantho.
Ipsa lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent curabula flores.
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgò nascetur amomum.*

E *At tibi prima puer nullo munuscula cultu.* Rhetoricè digesta laudatio, non enim improvidè in principio vniuersa consumpsit, sed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. *Munuscula.* Bene in rebus minoris ætatis vsus est diminutione vt nullo cultu, id est inarata, sed sua sponte nata. *Errantem hederas passim cum baccare tellus.* Passim vagantes. Vnde antiqui lyrici dixerunt, flexipedes hederas: quod hac atque illac vagantur. Mirè autem puerum laudat ex ipsis muneribus. Nam hederà indicat futurum poetam: vt, Pastores hederà nascentem ornare poetam. Baccar verò herba est quæ fascinum depellit, vt Baccare frontem Cingite, ne vati noccat mala lingua futuro. Per quod pulchrum indicat puerum. *Videnti acantho.* Læto, suauis, iucundo, fulgenti, vt *videt argento domus:* vel quod hians & patens nascitur: & est herba quæ in Ægypto inuenitur. *Colocasia* Hanc herbam videtur in honorem Augusti creuisse, quæ Romæ post deuitam ab eo Ægyptum innotuit. ... & dicendo *fundet* abundantiam floris ostendit. *Ipsa lacte domum referent.* Quid enim est aptius infantis lacte? Et magna laus in hoc est, quod ait, *Ipsa referent,* id est sua sponte. *Nec magna metuent armenta leones.* Bona vsus est moderatione, dicens. Erunt quidem maligni leones: sed minimè armentis nocebunt. *Blandos.* Iucundos vt puer. *Curabula.* Lectuli in quibus infantes iacere consueuerint: vel loca in quibus nascuntur, quasi curabula. Nam *veneni* est Græcè eniti. *Et fallax herba veneni.* Non cicutam dicit, quæ omnibus nota est: sed illam sardoniam, quæ apud astr: similis homines decipit: vel aconita: vt, Nec miseros fallunt aconita legentes. *Assyrium vulgò nascetur amomum.* Amomum herba est suauissimi odoris, quæ tantum in Assyria nascitur. *Vulgò.* Passim, omnibus locis.

*At simul heroum laudes, & facta parentis
 Iam legere, & qua sit poteris cognoscere virtus:
 Mollis paulatim flavesceat campus arista,
 Incultisque rubens pendebit sentibus vna,
 Et dura quercus sudabunt roscida mella.
 Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis,
 Quae tentare Thetin ratibus, quae cingere muris
 Oppida, quae inbeant telluri insindere sulcos.
 Alter erit tum Tiphys, & altera quae vehat Argo
 Delectos heros: erunt etiam altera bella,
 Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

Heroum laudes & facta parentis. epexegetis si sit, melior sensus est, Quae erunt heroum laudes, tui parentis virtutes & bono ordine: primo poetas, deinde historicos, deinde philosophos legendos dicit. *Iam legere.* Id est cum ceperis imbui studiis liberalibus. *Quae sit poteris cognoscere virtus.* Accessu enim aetatis quanta sit virtus agnoscitur, & cuius gloriae. *Mollis.* tertili. *Incultis* sine r. p. s. v. Id est ubique sit vna. *Et dura.* q. s. r. m. Id est quae hodie roscida, olim quercus sudabunt. *Flavesceat.* Albescet. *Arista.* Seges inculta, quae a nullo colitur. *Rubens.* Matura. *Sentibus.* Spinis, & asperis fruteris. *Sudabunt.* Desluent. *Roscida mella.* Id est Fragrantia. *Suberunt vestigia.* Id est erunt, sed latenter: & bene. *Prisca fraudis.* Ad suorum temporum excusationem: sicut supra dictum est. Aut fraudem pro solertia posuit. *Quae tentare Thetin ratibus, quae cingere muris Oppida.* A sequentibus ostendit praecedentia: quae vitauit, quasi laudi incongrua. Nam per navigationem ostendit fore auaritiam, quae homines nauigare compellit, per muros, bella significat, per agriculturam, famis ostendit timorem. *Alter erit tum Tiphys.* vel re vera Tiphys, vel quasi Tiphys Argonautarum gubernator. Sanè specialia pro generalibus ponit. Nam per Tiphyn, quencunque gubernatorem accipimus: per Argo, quancunque nauem: per Troiam, quancunque ciuitatem: per Achillem, quencunque virum fortem. Videtur tamen hic locus dictus a *πρωταρχος*, id est per omnium rerum reuolubilitatem, ex syderum ratione venientem, vt diximus supra. Sanè fabula de hoc gubernatore talis est, Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore vt ab eo, priuaretur regno, & vita... altero pede nudo ei sacrificanti occurrisset, forte vidit Iasonem nudo pede venisse, qui dum Iunonem transmutatam in anni speciem credens mortalem petentem per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. Igitur Pelius metuens ex responsis facta, iussit eum Colchos proficisci ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum ethellen Colchos pertulerat, qui fabricata nauis, quae ab Argo fabricatore Argo appellauit, contracta quae iuuentute Graeciae, Tiphyn habuit gubernatorem. Sanè quidam Argo a celeritate dictam volunt, vnde verso in Latinum verbo arguros celeres dici. Socij verò Iasonis Minya appellati sunt, vel ab Argo huius nominis Colchorum, vel quod multi ex quadam Minya nati Iasonise coniunxerint, vel quod Minya Iasonia terra aua fuerit: qui autem cum Iasone profecti sint, apud eos qui de fabulis scripserunt, plenius inuenitur. *Heros.* Quidam a terra dictos volunt, quod terra *ἥρως*, dicta sit, vnde initio nati creduntur homines, qui nomen a matre traxerunt. *Te fecerit aetas.* Aetas hoc loco modum antorum significat, vt aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos: nam subdidit, Desinit ante decem post quatuor incipit annos, aliàs pro tempore posita, vt veniet lustris labentibus aetas.

*Hinc ubi iam firmata virum te fecerit aetas,
 Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
 Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
 Non rastos patietur humus, non vinea falcem:
 Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator,
 Nec varios discet mentiri lana colores:
 Ipse sed in pratis aries iam suauerubenti
 Murice, iam crocco mutabit veller aluto:
 Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
 Talia secla suis dixerunt currite fufis
 Concordes stabili futorum numine Parcae.*

Cedes

- A** *Cedet & ipse mari vector.* Necessario siquidem. *Omnia feret omnia tellus.* Navigatio enim ex mercimonij ratione descendit. Sanè vector tam is qui vehitur, quam qui vehit dicitur, id est & nauta & mercator. *Mutabit merces* quia antiqui res rebus mutabant. *Disce meminere lana colores.* Cū enim tingitur, mentitur alienum colorem. *Ipsè sed in pravis a. i. s. r. m. i. c. m. v. l.* H. c. in honorem vel laudem Augusti refert. Trahitur enim in libris Etruscorum, si hoc animal miro & insolito colore fuerit infectum, omnium rerum felicitatem imperatori porrendi. *Ipsè* autem quod addidit, non vacat. nam sunt quædam pronomina, quæ addita nominibus faciunt dignitatem, ut ipse modo Aenea & Turnus ego. Sanè in Numæ legibus cautum est, ut si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi & natis eius in cautione offerret arietem. Ergo hic bene videtur arietis dignitatem dare, dicendo ipse, qui oblatas, homicidam crimine homicidij possit exsolvere. *Tam.* significat modo. *Murice.* Cochlea similis conchiliis, unde tingitur purpura. *Mutabit.* Tingeri, inficiet per naturam. *Lino croceo.* Rubicundo colore, & est Hypallage, pro croco luteo. Nam crocum, lutei coloris est. Unde & aluta pellis alba per naturam. *Sandyx.* Hei ba est, de qua sandycinus tingitur color. *Talia secla suis dixerunt currite fufis.* Quid est, Talia secula currite fufis suis Parca dixerunt. *Currite.* volute. Melius est currite imperatium esse modum: ut sit sensus, Dixerunt Parca concordēs, suis fufis, id est vaticinationibus, currite talia secla: hoc ordine & euentu vestro estote. *Stabili.* Hic immutabili & semper manenti. *Fatorum numine.* Fata dicta à fando: quia quæ Parca dixerunt, hæc credebantur euentre mortalibus. Numine autem, id est potentate, diuinatione, ac mente stare. *Parca.* Quæ & furæ infernales, dictæ Parca. *Quæ* ut si dixerunt quia nulli parcent. *Concordes stabili fatorum numine Parca.* Nam & quod vna dixerit, due sequuntur. & fixa sunt statuta fatorum, Horatius, *Quod semel dictum, stabili que verum terminus seruet.*

*Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
Caradeum soboles magnam Iouis incrementum,
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum:
Aspice, venturo lateritur ut omnia seculo.*

- D** *Iouis incrementum.* Nutrimentum, & est vulgare, quod bucolico conuenit carmini, *Nutantem mundum.* Nutat, presentibus malis: sicut post latari illum die lætus est, bonis futuris & bene quali resuscitem describit. Sanè Iouem merito puerorum dicunt incrementa curare, qui cū pueri togam virilem sumpserint, ad Capitolium eunt. Nam & in VIII. Acanius in Numanum intendens sagittam, Iouem magis inuocauit, Iupiter omnipotens audacibus annue cepit. *Conuexo,* Curuo, inclinato. *Tractus.* à magnitudine dictum accipitur & bene per hæc omnia mundum diuisit.

- E** *O mihi tam longè maneat pars ultima vite,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta:
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Lino, huic mater quannis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formisus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice ceriet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.*

- F** *O mihi tam longè maneat pars ultima vite.* Vtinam possim frui vita longissima: & habere tantum spiritum, quantum possit sufficere ad tuæ virtutis commemorationem. *Non me carminibus vincet,* nec Thracius Orpheus. Genere styli sese Orpheo, vel Lino meliorem fore commemorat. Nam non sibi arrogat: sed hoc dicit, Tanta est materia tuæ laudis, ut etiam humile ingenium in ea re supra omnes possit excellere. *Lino.* Linus verò cum nomen hominis dicimus, breuis est *Li,* Siatius. *Medio.* Linus inuertitur acantho. Cum autem linum dicimus, filum significantes. *Li* longa est, cum producat apud Græcos. Linus Apollinis & Psemetis filius, qui theologiam scribit, *Calliopea.* Græca d. clinatio. *Adsit pro faueant.* *Pan etiam.* Redit ad nomina rustica: nam satis excelsit dicendo Linum poetam, & Orpheum theologum. *Arcadia iudice.* Quæ ei fauet, vbi colitur.

*Incipe parue puer visu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.*

P. VIRGIL.

*Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.*

Risu cognoscere matrem. Alludit ad id quod factum est: & rem naturalem ait. Sicut enim maiores se sermone cognoscunt: ita infantes parentes risu se indicant agnoscere. Ergo hoc dicit, Incipe parentibus arridere: & eis spe omnis boni detrahere sollicitudinem: ut ipsi tibi ardeant. *Tulerunt.* Alij abstulerint legunt, ut sit, Si riseris, abstulerint decem menses matri tuæ longa fastidia. matri enim decem menses attulerunt longa fastidia, quia prægnantes solent fastidia pati. *Decem menses.* quia mares in decimo nascuntur mense, femina verò in nono. *cui non risere parentes.* Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Sicut Vulcano contigit: qui cum deformis esset, & Iuno ei minimè arrisisset: ab Ioue est præcipitatus in insulam Lemnum. Illic nutritus à Sincius, cum Ioui fulmina fabricasset, non est admissus ad epulas deorum. Postea cum rogaret ut cum Mineræ coniugium sortiretur: spretus ab ea est. Vnde diuinos honores non meruit: ad quos aut per conuiuium numinum, aut per coniunctionem venit deorum. Hinc est quòd Iuno in primo Æolus agit gratias, quòd per eius beneficium diuinos honores meruit, ut Tu das epulis accumbere diuim. Alij dicunt: quòd cum Vulcanus parentes suos diu quæreret, nec inueniret, sedile fecit tale, ut cum eo qui ledisset, surgere non posset, in quo cum adsedisset Iuno, nec posset exsurgere, Vulcanus negauit se soluturum omnino, nisi prius parentes suos sibi monstrasset, atque ita factum est ut in Deorum numerum reciperetur. Sanè nec Deus hunc mensa, alijs ita intelligunt quasi tam citò extinctus sit, ut nec Veneri nec Libero potuerit operari. Proinde nobilibus pueris editis in atrio domus Iunoni lectus, Herculi mensa ponebatur. *Non deus,* Id est Iupiter *nec dea,* Id est Minerua.

ECLOGA V. DAPHNIS.

MENALCAS. MOPSVS.



*Vt non Mopse (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leuis, ego dicere versus)
Hic corylis mixtas inter confedimus vltimos? Mops.
Tu maior: tibi me est æquum patere Menalca:
Sive sub incertas Zephyris motantibus vmbas,
Sive antro potius succedimus: aspice ut antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis.*

Menalcas Virgilius hic intelligitur, qui obitum fratris sui Flacci deseruit: vel, ut alij volunt, interfectionem Cæsaris. Mopsus verò Æmilius Macer Veronensis Poeta amicus Virgilij. *Cur non Mopse, boni.* Inducuntur duo pastores canere ad delectationem: Vnde & se laudantes sibi inuicem cedunt. *Boni* autem, docti, & figuratè ait, ambo boni, id est, *Tu calamos inflare leuis:* calamos aut leues versus id est subtiles, sed melius est calamos leues, ego dicere versus, boni dicere, versus, boni dicere autem græcum est, ita nos legimus: dicere sanè pro canere, ut, *Dianam tenere dicite virgines,* ponitur & pro nominare, ut Italianam dixisse ducis de nomine gentem. *Hic corylis mixtas inter confedimus vltimos:* ordo est, *Cur non Mopse hic confedimus inter vltimos mixtas, corylis scilicet, ut canamus.* Sanè inter præpositio, quia postposita est, mutauit accentum, sicut *Circum tu maior* id est vel natus, vel meritis *Sive sub incertas Zephyris motantibus vmbas.* Dicit quidem verècundè se illi obtemperare debere: ostendit tamen quid sibi placeat. Nam ex ipsa laude, antri, & ex arborum vituperatione, quarum incertas vmbas esse dicit: ostendit suam sententiam esse meliorem. *Incertain vmbre sunt & ex solis circuitu, & ex mobilitate ventorum, quod ipse etiam dicit, Zephyris motantibus vmbas.* Sanè succedimus & datio & accusatio casibus, secutus tam veterem, quam nostram consuetudinem suo more iungit, siue vmbas succedimus, siue antro, cum alibi secutus tantum antiquos, datio tàm succedere iunxit, ac nostris succedere penatibus, & successitque gemens stabulis. Sallustius tamen succedere accusatio iunxit. Sed vbi prope significat. *Cum murum hostium successisset, penas dederat:* hoc est, cum prope murum accessisset. Succedere autem idem significat, quod est subire, id est, penitus intrare. *labrusca.* Vitis agrestis: quæ, quia in terræ marginibus nascitur, labrusca dicitur, à labris & extremitatibus agrorum, vel quòd sapore acerbo labra lædat.

Me. Mon-

A Me. *Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.*

Mo. *Quid, si idem certet Phœbum superare canendo?*

Montibus in nostris. Ac si diceret, in nostro territorio. Tibi certat. Vsurpatum est, nam hodie, certo tecum dicimus. Amyntas, Cornificius per ironiam dicitur. Quid, si idem certet Phœbum superare canendo? Offensus comparatione inferioris, hoc dixit: licet non amare Menalcas dixerit, Solus tibi certet Amyntas, quod tamen quia hic asperè accepit, ille paulo post curat, dicens, Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.

Me. *Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri:*

B *Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.*

Mo. *Immo hæc viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi, & modulans alterna notavi,
Experiar: in deinde iubeto certet Amyntas.*

Phyllidis ignes. Phyllis Sitonis filia regina Thracum fuit. Hæc Demophoontem Thesei filium regem Atheniensium redeuntem de Troiano prælio dilexit, & in coniugium suum rogauit, ille ait antè ordinaturum se rem suam: & sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaq; cum tardaret: Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quod se speratam crederet: laqueo vitam finit, & conuersa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum, qui, velut sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Vnde etiam phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antea petala dicebantur. Sic Ouidius in Metamorphoseon libris, Aut Alconis laudes. Hic Cretensis sagittarius fuit, comes Herculis, ita peritus ut ictus eius non falleretur, namq; positos supra capite hominum anulos traiciebat, capillos spiculis sagittarum rumpebat, sagittas sine ferro positas ex aduerso gladiorum lancearumve mucronibus findebat, cuius cum filium draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, ut, ea currens, in serpentis deficeret vulnere, nec transfret in filium. Iurgia codri. Codrus dux Atheniensium fuit, qui octo bello inter Laconas & Athenienses, cum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux ab hostibus fuisset occisus, & hostes scientes à Codro abstinere, habitu humili profectus est ad hostium vicina tentoria: & illic iurgio eos in suam egedem instigauit: cum à nullo fuisset agnitus: & sic locum fecit oraculo, nam Athenienses eo prælio vicerunt. cortice fagi. Vbi enim, debuit magis rusticus scribere? Modulans alterna. Secundum rhythmum componens. Alterna autem, varia, propter musicam: cuius sonus varius inuenitur ex pedum dissimilitudine. Significat autè cantaturus se epicedion & epitaphion. Nam epicedion est quod dicitur caduere sedum sepulto, ut, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim: Epitaphion autem post completâ sepulturâ dicitur, ut, Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sydera notus.

C *Phyllidis ignes. Phyllis Sitonis filia regina Thracum fuit. Hæc Demophoontem Thesei filium regem Atheniensium redeuntem de Troiano prælio dilexit, & in coniugium suum rogauit, ille ait antè ordinaturum se rem suam: & sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaq; cum tardaret: Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quod se speratam crederet: laqueo vitam finit, & conuersa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum, qui, velut sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Vnde etiam phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antea petala dicebantur. Sic Ouidius in Metamorphoseon libris, Aut Alconis laudes. Hic Cretensis sagittarius fuit, comes Herculis, ita peritus ut ictus eius non falleretur, namq; positos supra capite hominum anulos traiciebat, capillos spiculis sagittarum rumpebat, sagittas sine ferro positas ex aduerso gladiorum lancearumve mucronibus findebat, cuius cum filium draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, ut, ea currens, in serpentis deficeret vulnere, nec transfret in filium. Iurgia codri. Codrus dux Atheniensium fuit, qui octo bello inter Laconas & Athenienses, cum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux ab hostibus fuisset occisus, & hostes scientes à Codro abstinere, habitu humili profectus est ad hostium vicina tentoria: & illic iurgio eos in suam egedem instigauit: cum à nullo fuisset agnitus: & sic locum fecit oraculo, nam Athenienses eo prælio vicerunt. cortice fagi. Vbi enim, debuit magis rusticus scribere? Modulans alterna. Secundum rhythmum componens. Alterna autem, varia, propter musicam: cuius sonus varius inuenitur ex pedum dissimilitudine. Significat autè cantaturus se epicedion & epitaphion. Nam epicedion est quod dicitur caduere sedum sepulto, ut, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim: Epitaphion autem post completâ sepulturâ dicitur, ut, Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sydera notus.*

D *Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Punicis humilis quantum salinca roseis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.*

E Mo. *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vas coryli testos, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque annem
Libavit quadruppes nec gramini attigit herbam.
Daphni tuum Pænos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri syluæque loquuntur.
Daphnis & Armenia currum subiungere tigris
Instituit: Daphnis ibi fas inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis*

F *Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Punicis humilis quantum salinca roseis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.*

E Mo. *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vas coryli testos, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque annem
Libavit quadruppes nec gramini attigit herbam.
Daphni tuum Pænos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri syluæque loquuntur.
Daphnis & Armenia currum subiungere tigris
Instituit: Daphnis ibi fas inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis*

F *Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Punicis humilis quantum salinca roseis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.*

E Mo. *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vas coryli testos, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque annem
Libavit quadruppes nec gramini attigit herbam.
Daphni tuum Pænos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri syluæque loquuntur.
Daphnis & Armenia currum subiungere tigris
Instituit: Daphnis ibi fas inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis*

F *Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Punicis humilis quantum salinca roseis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.*

E Mo. *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vas coryli testos, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque annem
Libavit quadruppes nec gramini attigit herbam.
Daphni tuum Pænos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri syluæque loquuntur.
Daphnis & Armenia currum subiungere tigris
Instituit: Daphnis ibi fas inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis*

F *Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Punicis humilis quantum salinca roseis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.*

E Mo. *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vas coryli testos, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque annem
Libavit quadruppes nec gramini attigit herbam.
Daphni tuum Pænos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri syluæque loquuntur.
Daphnis & Armenia currum subiungere tigris
Instituit: Daphnis ibi fas inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis*

F *Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Punicis humilis quantum salinca roseis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.*

Tu decus omne tuis postquam te fata tulerunt,
 Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.
 Grandia saepe quibus mandauimus ordea sulcis,
 Infelix lolium, & steriles dominantur auena.
 Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
 Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
 Spargite humum foliis: inducite fontibus umbras.
 Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
 Et tumulum facite: & tumulo superaddite carmen,
 Daphnis ego in syluis hinc usque ad sidera notus,
 Formosi pecoris custos, formosior ipse.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliuae. Rusticis vitur comparationibus. Salix autem vilissima est arbor, oliuae comparatione. *Salix uca*. Herbae genus, quam orcutunicam vulgò vocant. *Rosetis*. ubi rosae nascuntur. *Iudicio nostro*. Ac si diceret, Quid alij sentiant, videris, & bene satisfacit in quo reprehensus est quod Mopso Amyntam cõparasset. *Desine*, omitte, vt *Desine Menalios*. Salustius, *Bellum quibus posset conditionibus desineret*. *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim*. Multi dicunt simpliciter deheri hoc loco Daphnim quemdam pastorem, quem mater sua compressa à Mercurio, & enixa abiicit, hunc Pastores inuenerunt inter lauros, Daphnim vocauerunt: quæ Pan musicen docuisse dicitur, qui cum & venationis & musices per...mus esset, adamatus à nympha est, qui etiam iureiurando adstrictus est, ne cum alia concumberet. Hic dum boues persequitur, ad regiam peruenit, & ob pulchritudinem appetit, cum regis filia consuetudinẽ miscuit, hoc cum nympha rescisset, luminibus eum orbauit. Ille in auxilium patrem Mercuriũ inuocauit, qui eũ in cælum eripuit, & in eo loco fontẽ elicuit, qui Daphnis vocatur, apud quẽ quotannis Siculi sacrificat. Alij dicunt significari per allegoriam Gaium Iuliũ Cæsarem, qui in senatu à Cassio & Bruto viginti tribus vulneribus intereptus est. Vnde & *Crudeli funere voluit dictum*. Sed si de Gaio Cæsare dictũ est, multi per matrem, Venereum accipiunt: per leones & tigres, populos quos subegit: per thiasos, sacra quæ Põtifex instituit: per formosum pecus, populum Romanum. Alij volunt Quintilium Varrum significari cognatum Virgilij, de quo, Horatius, *Ergo Quintilium perpetuus sapor urget*. Tamen *crudeli funere*, ad quẽuis potest referri. Quidã dicunt Virgilium fratris sui Flacci mortem deherẽ. *Vos coryli testes, & flumina nymphis*. Bene testimoniis vitur in rebus incredibilibus. Nam fletum faciliẽ dearum persona non recipit. Et bonis vsus est gradibus: fleuerunt nymphæ, quibus insita est naturaliter pietas: homines, ad quos mortalis peruenit dolore: pecudes, quæ licet ratione careant, tamen non carent sensu. *Fere*: cru delitate gaudẽtes. Quam rem rursus quia incredibilis est, testimonio comprobat, dicens, *Hoc & montes loquuntur & sylua*. Quod autem ait, *coryli testes, & flumina, vsurpatum est*, nã testes flumina non dicimus, Quoniam quæ in is exeunt, neutrũ in e mittunt, vt agilis agile. Sed nec hoc teste, nec hæc testia possumus dicere. Vnde per diffinitionem debemus, testes mihi sunt: quæ res: coryli & flumina. Sic Horatius, *Testis Metaurum flumen*. Propert. 2. *Eleg. 9. Testes sunt sidera nobis. Atque deos atque astra vocat crudelia*. per quæ hominum fata moueri, atque impleri vel mutari putabant. *Quæ accelerauerunt Daphnidis mortem*. Cum complexa sui corpus miserabile matris. Lugentium est vt & corpori inhæreant. *Nulla quadrupes*. Hic & hæc quadrupes dicimus: vt ipse alibi, *Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit*. *Montesque feri, sylueque loquuntur*. Hyperbolicas dixit. Et notandum quod cum diceret eius apothefin, e contra lætitiã rebus omnibus dat, quas nunc in mœrore fuisse memorauit. *Daphnis & Armonias curru subiungere riges instituit*. Hoc apertẽ ad Cæsarem pertinet: quem constat primũ sacra Liberi patris transtulisse Romam. *Curru*. Pro curru. *Thiasos*. Saltationes, choreas. *Liberi id est liberalia*. Sunt enim thiasii cœtus virginum atque puerorum bacchantium plangentibus Nymphis. Dicunt etiã thiasos esse hastas variis fertis indutas, quibus bacchæ mulieres in sacris Liberi patris utebantur. *Vitis vt arboribus decoris est*. Benẽ vt pastores similitudines de rebus agrestibus sumunt. *Locus Theocriti est. Tuis*. Sic tu es Romanis Cæsar: sic pastoribus Daphnis. *Pales*. Dea pabulorum 2. dea pastoralis. *Apollinem*. Hic Apollinem dicit, id est pastorem. Nam Admeto regi pauit armeta, & hoc dicit, *Næc pabula nascuntur, nec pecora*. *Grandia ordea*. Vsurpatiuẽ metri causa dixit, nam triticum, vinum, hordeum, mel, numeri tantum singularis sunt. Vnde plurali in prosa vti non possumus. *vina tamen possumus dicere* Ciceronis exemplo, qui ait in pre-tura, *Vina, cæteraque quæ in Asia facile comparantur*. *Mandauimus*. Commendauimus vel seminauimus. & recte dicitur reddaturis. *Infelix lolium*. Inutile, infœcundum, qui lolium manducant, cæcitatem

A cæcitatem patiuntur. Steriles autem auenas secundum situm Italiz dixit. Nam in Thracia fructuosæ sunt. Hæc autem dicit contingere, vt ostendat terram quoque dolere Daphnis mortem. *Purpureo narcisso.* Duo *quæritur*, & purpureo nunc specioso. *Carduus* spinæ genus. *Palurus.* Herba asperissima & spinosa, vel vt quidam volunt, spina alba. *Spargite humum foliis.* id est Implete. vt Spargitur & tellus lachrymis, aspergunt & arma. Et dicit orandum esse locum sepulchri ex voluntate defuncti. *Inducite fonitum umbras.* Facite nemora circa fontes. & hoc ideo, quia, vt diximus, heroum animæ habitant vel in fontibus, vel in nemoribus. vt Lucis habitamus opacis, Riparumque toros, & prata recentia riuis Incolimus. *Superaddite carmen.* Duos versus carmen vocauit: Nec mirum: cum etiam de vno carmen dixerit: vt, Et rem carmine signo. *Æneas hæc de Danais victoribus arma.* *Daphnis ego in syluis, hinc vsque ad sydera notus.* In syluis notus, & hinc vsque ad sydera. *Formosi pecoris custos, formosior ipse.* Si ad Cælatem referas, hoc dicit, Boni populi, optimus imperator.

Me. *Tale tuum carmen nobis diuine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per astum
Dulcis aqua saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamus solum equiparas, sed voce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.*

C *Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim
Dicemus: Daphnimque tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus: amaui nos quoque Daphnia.*

Mo. *An quicquam nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus: & ista
Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis,*

Me. *Candidus insuetum miratur limen olympi:
Sub pedibusque videt nubes, & sydera Daphnis,
Ergo alacris syluas, & cetera rara voluptas,
Panæque, pastoresque tenet, Dryadasque puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis*

D *Vlla dolium meditantur: amat bonus otia Daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sydera iactant
Inonsi montes: ipsa iam carmina rupes,
Ipsi sonant arbusta, deus ille, Menalca.*

Tale tuum carmen. Laudant se inuicem, vt diximus supra, & tale deest, videtur, vel aliud quid.

E *Quale sopor.* Qualis res, vt Dulce satis humor. *Fessis.* Fatigatis labore. *Nec calamus solum equiparas, sed voce magistrum.* Videtur allegoria quasi ad Theocritum & Virgilium respicere: hinc est, Tu nunc eris alter ab illo. Fabula de Calamo talis est. veteres zephyro vento vnam ex horis coniugem adsignant, ex qua & Zephyro Carpon filium pulcherrimi corporis editum dicitur, quem cum Calamus Leandri fluij filius amaret, à Carpo mutua vice etiam ipse adamatus est. Sed Carpos cum in Meandru fluiu cadens esset extinctus, Calamus patrem propter hoc scelus auerlatus aufugit, rogauitque Iouem vt finem suis luctibus, daret, sibiq; mortem præstaret, vt amato post obitum iungeretur, quem miseratione Iupiter ductus in harundinales calamos verti iussit, qui semper circa oras fluminum nasci solent, Carpon vero in fructus rerum omnium vertit, vt semper renascerentur. *Eris alter ab illo.* Id est, tu solus post illum, bucolicum carmen scribis. *Quocunque modo.* Prout possumus. Et dicit se Daphnidis dicturum apothéosin, vt, *Daphnimque tuum tollemus ad astra.* Tuum, id est quem tu diligis. Tollemus ad astra, quia a nobis, eius dicturum est.

F *An quicquam nobis tali sit munere maius.* Si amicum laudaueris. *Et puer ipse fuit c. d.* Modo Daphnin intelligimus, nam Cæsar non puer occisus, sed maioris ætatis. *Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.* Ac si diceret, scio esse puerum quæ dicitur es: fructus ea verbis extenuas, quia ille supra verecundè dixerat, *Quocunque modo tibi nostra vicissim.* Quidam per Stimichonem Mæcenatem accipiunt, nonnulli Stimichonem patrem Theocriti dicunt. *Candidus insuetum.* Id est deus. Vnde etiam contra, nigros, mortuos dicimus, significat benignos & bonos, sicut è contra, malos nigros dicimus. Horatius, *Hic niger est hinc tu Romane cauetis.* Sæpe tamen candidum pro pulchro ponit, vt candida Dido, & candida Maia. *Insuetum miratur l. o.* quasi nouus Deus, & quibusdam videtur per allegoriam Cæsarem

dicere, qui primus diuinos honores meruit, & diuus appellatus est. *Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.* Meritum eius ostendit, qui summos circulos, & cœli secreta conscendit. Ergo alacres syluâs, cœtera rura, voluptas. Quæ superius occupauerat mœror quod ad sidera abiit, nam supra ait, Ipsa Palæ agros, atque ipse reliquit Apollo. Antiqui autem ergo pro meritis dicebant, sicut hic accipitur. Plautus in *Perla, Satius* in usque valuisse haud probe: Ergo edepol palles. Item in milite, *Et sicine Achilles est, inquit, mihi, immo eius frater inquam est:* Ergo me castor pulcher. Pankque pastor & que tena. Id est, habet, moratur, amplectitur. Nec resia cernis vlla dolus meditantis. Adeo, placet simplicitas Daphnidi, vt etiam ipse dolus qui voluptati antea fuerat, conquiescat: scilicet venationis, & est Hyperbole. *Inuons montes.* Syluosi, in cœdunt. *Deus, deus ille Menalca.* Hoc consonant, Deus deus est Daphnis, quasi vox Syluarum sit. Et multi sic distinguunt: Ipsa anubusta sonant Deus, & subiungunt, deus ille Menalca, vt sit sensus, si enim rupes & arbusta deum dicunt, deus est ô Menalca.

*Sis bonus ô felixque tuis: en quatuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra,
Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lycius Egon:
Saltantes Satyros imitabitur Alpheisibœus.
Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia vota
Reddemus nymphis, & cum lustrabimus agros.*

Sis bonus, ô felixque tuis. Pastoribus, si Daphnin accipimus: si Cæsarem, bene ait tuis. Suis enim percussoribus nocentissimus fuit. Nam Augustus eius filius omnes est persecutus. *Felix autem, propitius:* vt, *Sis felix, nostrumque leues quæcunque laborem.* Item è contrâ Iuno, *Quæ potuit infelix, Id est irata.* Deos enim vel felices vel infelices ex rebus quas præstant vocamus. *En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phæbo.* Feci inquit aras quatuor: tibi ô Daphni duas, & duas aras Apollini, quæ sint altaria. Nouimus enim aras diis esse superis & inferis consecratas: Altaria verò esse superiorum tantum deorum: quæ ab altitudine constat esse nominata. quæ nunc dat Apollini quasi deo: Daphnidi verò, aras ponit. Nam licet eum dixerit deum, tamen mortalem fuisse manifestum est. Sanè queritur, cur duo altaria se positurum Apollini dicat, cum constet supernos deos impari gaudere numero: inferos verò pari. vt, Numero deus impare gaudet. Quod etiam pontificales indicant libri. Sed constat secundum Porphyrj librum quem Solem appellauit, triplicem esse Apollinis potestatem: & eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum videmus, Lyram, quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem monstrat: Gripphenæum, quod & terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus & noxius indicatur. Vnde & Apollo dictus est a *vo* & *re*. Hinc etiam & Homerus Apollinem tam pestilentiæ dicit quam salutis auctorem, Et Horatius ait, *Conditio mihi placidisque relo.* *Supplices audi pueros Apollo.* Vnde Virgilius rationis huius peritus, per altaria, supernum numen ostendit, per parem numerum, infernam indicat potestatem. Varro Diis superis altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat. Alij altaria eminentia ararum & ipsa libamina, vt, patrisque altaria libanti. Nouo vel recenti, vel primo tempore lactis incipientem expressum bina. Duo. Quotannis. Singulis quibusque annis. Duo veuiste dixit, vtambo. Nam sæpe tenex tpe carminis ambo luserat. Nam hodie hoc significantius duos & ambos dicimus. *Pinguis oliui.* Quod Græci *ωλιου* dicunt & oliui, & olei, nam & olea, & oliua dicitur. *Hilarans.* Participium est ab eo quod est hilario. Sanè sciendum nomen vnde venit, hilarius vel hilaris à Græco descendere: nam *hilaris* facit. *Ante focum, si frigus erit.* Non frigori calorem opposuit, sed messem quæ est tempore caloris. *Vina nouum fundam calathis.* Ordo est, vina fundens calathis, id est calicibus, quæ vina sint nouum nectar, id est magna dulcedo. *Aruisia autem Chia,* à promontorio Chij insulæ Arisio, vel illud vina aruisia nouum nectar calathis fundam. Alij nouum mustum intelligunt: vel merum, quale nunquam habuerit, vt Pollio & ipse facit noua carmina. *Lycius egon.* Cretensis: vt, Lycius Idomenæus. *Saltantes satyros imitabitur Alpheisibœus.* Pastor quidam. Sanè vt in religionibus saltaretur, hæc ratio est, quod nullam maiores nostri

A nostri partem corporis esse voluerunt quæ non sentiret religionem. Nam cantus ad animam saltatio ad mobilitatem pertinet corporis. Solemnia vota. Anniversaria sacra, quæ certis diebus celebrantur. Et cum iustrabimus agros. Sic supra, Cum faciam vitula pro frugibus, Lustrare, hic circuire, dicitur enim ambaruac sacrificium.

*Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit:
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicada:
Semper honos, nomēque tuum, laudēque manebunt.
Vt Baccho, Cererique tibi sic vota quotannis
Agricola facient: damnabis tu quoque votis.*

B Mo. *Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neque me tantum venientis sibilus austru,
Nec percussa iuuant fluctu tam litorea: nec quæ
Saxosæ inter decurrunt flumina valles.*

Dum iuga montis aper. Sicut & In freta dum fluij current semper, & futurum & præteritum significat. *Vt Baccho, Cererique.* Hæc enim duo sunt numina, quæ & rustici maximè colunt, & quorum nomina communia sunt mortalibus cunctis. Sic in Georgicis, Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista, Cererem propter aridos, Liberum propter humidos fructus. Itaque nunc Daphnim dicit colendum propter pecudum proventus. *Damnabis tu quoque votis.* Id est cum deus præstare aliqua hominibus cœperis obnoxios tibi eos facies ad vota soluenda: quæ ante quàm soluantur, obligatos & quasi damnatos homines tenent. Alij *damnabis*, Alligabis vel absolues: utrumque enim sensum habet verbum damno, vel *damnabis* reos voti facies. *Reddam pro carmine dona?* Ille eum supra tantum laudauerat: hic & laudat, & de munere etiam cogitat. *Nam neque tantum.* quædam per comparisonem laudata maiorem emphasim habent, si negatio astiua à parte orationis incipiat, vt, non sic aggeribus ruptis c.f.a.e. ex, nec sic immisissis aurigæ vndantia lora. *Sibilus austru.* Hic sibilus dicitur res ipsa. Nam sibilæ ora, participialiter dictum est pro sibilantia.

Me. *Hac te nos fragili donabimus ante cicuta
Hac nos, formosum Corydon, ardebat Alexim:
Hæc eadem docuit, cuium pecus: an Melibœi?
D Mo. At tu sume pedum, quod me cum sepe rogaret,
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari:
Formosum paribus nodis, atque ære Menalca.*

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. Bene anticipat & offert munus, quod ille se facturum esse promiserat. *Cicuta.* fistula, vt septem compacta cicutis: & fistulæ qualitate per principia eclogarum ostendit, vt, hæc nos formosum Corydon ardebat Alexin. *Sume pedum.* Virga incurua, vnde retinentur pecudum pedes. *Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari.* Aut pastorem quendam pulcherrimum dicit, aut Choraulam significat, quem legimus admodum à Virgilio fuisse dilectum, non tulit autem non impetrauit *amari pro qui amaretur.* *Formosum paribus nodis.* Et ab arte & à natura laudauit vel ab ære, vt si dicas pulcher est equus sella, pulcher est franis. *Paribus nodis,* id est natura formosum, hoc est pulchrum ære artificium: vel *paribus nodis,* id est, pari intervallo.

ECLOGA VI. SILENVS.
POETA.



*P*rima Syracusio dignata est ludere versu
Nestra, nec erubuit fluvias habitare Thalia,
Cum canerem reges, & prælia, Cynthis aurem
Vellit, & admonuit, Pastorem Tyture, pingues
Pascere oportet oves deductum dicere carmen.
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)

*Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoque si quis
Captus amore leget, te nostræ Vare myrica,
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior ulla est,
Quam sibi qua Vari præscripsit pagina nomen.*

Prima Syracusio dignata est ludere versu. Character mixtus: nam & poeta præfatur, & cantare Silenus inducitur Syracusio, quia Theocritum præcipue sequitur, quamuis multi alij bucolica scripserint. *Ludere versu*, ut ipse ait, carmina qui lusi pastorum. Nostra Romana, inquit, musa non erubuit se syluis ante committere, id est imitari Theocritum Syracusanum & bucolica scribere. Syracusio græcè ait: nam latine Syracusanos dicimus, & sic nostra Romana: ut, Tu quoque licet nobis nostris. *Dignata est* verò sic ait, quasi loco superiore ostendit ergo se primum post Theocritum bucolica scripsisse. *Sylvas habitare*. Sicut Atque humiles habitare casâs *Thalia*. Musa scilicet, græcè ait *Θάλεια*, nam latine Thalea dicitur, sicut Cytheria; Cytheria: sed propter euphoniâ contempsit ius regulæ: & in græcitate permansit. *Cum canerem Reges, & prælia*. Cum canere vellem. Et significat aut *Æneidem*, aut gesta regum Albanorum: quæ cæpta, omisit, nominum asperitate deterritus. Alij Scyllam eum scribere cœpisse dicunt, in quo libro Nisi & Minois regis Cretensium bellum describebat, alij de tragœdia Thiestis. *Cynthis*, Apollo à Cynthio monte Deli, in quo natus est. *Aurem vellit*. Id est mouit alibi, Postesque à cardine vellit æratos. Aurem autem ideo, quia memoriæ consecrata est, ut frons Genio, digiti Mineruæ, genua Misericordiæ. *Pingues*, figuratè pingues pascere, id est pascere ut pinguescant. *Deductum dicere carmen*. Tenuè. Translatio à lana, quæ deducitur in tenuitatem, id est bucolicum. Sanè, cum canerem reges & prælia, & deductum dicere carmen, quidam volunt hoc significasse Virgilium; se quidem altiorem de bellis & regibus ante bucolicum carmen elegisse materiam, sed considerata ætatis & ingenij qualitate mutasse consilium, & arripuisse opus mollius quatenus vires suas leuioribus præludendo ad altiora narranda præpararet. *Nunc ego*. Ordo est: Nunc ego agrestem tenui Meditabor arundine musam, Id est carmen rusti cum scribam. *Namque super tibi erunt Superabundabunt tibi inquit, O Vare, qui ambiant tua facta describere*. Hic autem Varus Germanos vicerat, & exinde maximam fuerat & gloriam & pecuniam consecutus: per quem Virgilius meruerat plurima. Alij Varum eum dicunt, qui in Germania cum trib. legionibus interit amissis signis, quæ postea Germanicus filius Drusiani, fugatòque Asinio Pollione ab Augusto Alfenum Varum legatum substitutum, qui transpadanæ provincie & agris diuidendis præfesset, qui curauit ne ager qui Virgilio restitutus fuerat, à veteranis auferretur. *Tristia condere bella*. Epitheton bellorum perpetuum. *Condere* componere, ut è contrario incondita. *Non iniussa cano* Vel ab Apolline, vel ab Augusto, vel a Mecenate. Sive, nihil altum mens inchoat, & hoc ideo quia dixerat Aurem vellit. *Hæc quoque* Licet vilia, sicut Theocriti. Et hoc dicit, Si quis, licet rustica, legere fuerit ista dignatus: tuas tamen in his laudes inueniet. Nam per myricas & nemora, bucolica significat. *Nec Phæbo gratior ulla est*. Nec enim pagina vlla Apollini est gratior, quàm qua Vari nomen gestat in titulo. *Quod ideo dicit*, qui hanc eclogam constat in honorem Vari esse perscriptam. Dicitur enim ingenti fauore à Virgilio esse recitata: adèd ut cum eam postea Cytheris meretrix cantasset in theatro, quam in sine Lycoridem vocat, & spectaret Cicero: stupefactus cuius esse cœpit requirere. & cum eum tandem aliquando agnouisset dixisse dicitur & ad suam & illius laudem *Magne spes altera Romæ*. Quod iste postea ad Alcanium transtulit, sicut commentatores loquuntur.

*Pergite Pierides: Chromis & Mnasilus in antra
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hosterno venas, ut semper, Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi nam sepe senex spe carminis ambo
Luserat, inimicum ipsis ex vincula sertis.*

Pergite Pierides. Hortatur musas ad referenda ea quæ Silenus cantauerat pueris. Nã vult exequi sectam Epicuream, quam didicerat à Virgilio quàm Varus, docente Sironè: & quasi sub persona

- A** persona Sileni, Sironem inducit loquentem. Chromin autem & Mnafylum se & Varum vult accipi. Quibus ideo coniungit puellam, ut ostendat plenam sectam Epicuream, quæ nihil sine voluptate vult esse perfectum. Sanè hoc de Sileno non dicitur fictum à Virgilio, sed à Theopompo translatum. Is enim apprehensum Silenum à Midæ regis pastoribus dicit crapula madentem, & ex ea soporatum, illos dolo adgressos dormientem vinxisse, postea vinculis sponte labentibus liberatum de reb. naturalibus & antiquis Midæ interroganti respondisse: quem alij Mercurij filium, alij Panos & nymphæ, alij ex guttis cruoris Cæli natum esse dixerunt. *Chromis & Mnafylus*. Nomina satyrorum. *Pueri*. Nonnulli, pueri, non absurde putant dictum, quia Sileni priusquam senescant satyri sunt: utrum ergo ætate pueros, an ut ministros & familiares solemus communiter pueros vocare? *Inflatum*. Venas, figuratè locutus est, & *Semper bene addidit* id est, consuetudine vini non interdum temulentum esse, *Iaccho*. Aut vino aut libero patre, qui etiam Iacchus vocatur: nam Bacchus à bacchatione, id est infania dicitur, unde & comites eius Bacchæ. Alij à Bacche nymphæ, quæ cum Brome sorore sua eum nutruerat in monte Nysa Anyfa nutrice. *Seria procul*. Modo prope, id est iuxta. Nam ideo intulit, *Tantum capiti delapsa*: ut ostenderet non longius provolutam coronam, ut est, procul aëra ramo dependet. *Attrita ansa*. Frequenti scilicet potu. *Pendebat*, manibus non emissa significat. *Adgressi*. Ordo est Chromis & Mnafylus adgressi Silenum, nam lulerant ambo spe carminis: & spe pollicitatione. Item alius ordo, Adgressi spe carminis iniiciunt ipsis ex vincula fertis. *Carminis ambo vetustis*, ut alibi, Verum ubi duobus acie reuocaueris ambo: & eminus ambo imbrassidas: ut crateraque duo statuzm: cum hodie sub eadem significatione ambo & duos dicamus. *Ipsi ex*. Ex ipsis: ut transtra per & remos, id est, per transtra.

C *Addit se sociam, timidisque superuenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima: iamque videnti,
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum videns, quo vincula nectitis? inquit.
Solvite me pueri: satis est potuisse videri.
Carmina, que vultis, cognoscite: carmina vobis,
Hinc aliud mercedis erit simul incipit ipse.*

- D** *Timidis*, autem timentibus. Nam timidus est qui semper timet: Timens verò qui ad tempus formidat ex causa. Aut re vera timidus: quia pueris per ætatem naturaliter timor est insitus, & timentibus, nedum vincula iniicerent, expergeret *videnti* pro vigilanti. *Sanguineis frontem moris* & *p.* Multi ob hoc dictum putant quod tubus color deorum sit, unde & triumphantis facie miniata, & in Capitolio Iupiter in quadrigas miniatas, & bene *Pingit* non inquinat, nam iam vigilantem dixerat. Sanè fabula de moro talis est, Piramus & Hisbe fuere ut forma pares, ita amore coniuncti, quos vicinos paries diuidebat quibus vnà præstabat colloquium: cum amor creuisset ad cupiditatem, placuit ut vtrique noctu extra domos procederent, locumque coeundi statuerent ad arborem, quæ ante erat albis fructuosa pomis: & cum prior venisset Hisbe ad locum, vidit leam, dum mortem fugit, vestem reliquit, in qua velle fera exercebat iram suam, cruorisque feræ alicuius paulo ante reliquit vestigia in pallio puellæ, qua veste visa Piramus cruentata, tunc ratus est interfecit esse Hisbem, & ob amorem ardorem se interfecit, ex quo rum cruore dicitur arbor interfecta, nam quæ ante gerebat poma alba, nunc sanguinea. *Riuens* irridens. *Quo*, ad quam rem. *Solvite me pueri*, quia putauerant eum corona ligari posse. *Satis est potuisse videri*. Sufficit enim quia potu: à vobis qui estis homines, videri. Quod ideo dicit, quia *pueros*, cum volunt tantum, videntur, ut Fauni, Nymphæ, Silenus. Potest & aliter intelligi, *Solvite me*: sufficit in quod talis visus sum, ut etiam ligari possum. *Hinc aliud mercedis erit*, Nymphæ minatur stuprum latenter: quod verecundè dixit Virgilius. *Hæc autem omnia* de Sileno à Theopompo in eo libro qui *Taumasia* appellatur conscripta sunt. Ipse addidit ad commendationem. *In numerum ludere*, id est saltare ad modum rhythmici & cantilenæ. vel ad certam modulationem. *Fannos*, Fauni ab effatione dicti, quod voces de sacris reddebant, quod in septimo *Æneidis* plenè habet. *Ludere* id est illo cantante. *Motare cacumina montium* vel arborum quibus hoc genus saltationis assignat, quia hoc genus saltationis vult esse in arboribus cacuminum motu. *Parnasia rupes*. Mons est Thesaliæ Apollini consecratus. *Rhodope & Ismarus*, montes Thraciæ, in quibus Orpheus consueuerat canere. Et hoc dicit, Non tantum isti montes gaudent cantante Apolline vel Orpheo, quantum cantante Sileno lætatus est mundus. Namque etiam paulo post dicturus est, Et inuito processit vesper olympo.

Tum verè in numerum, Fannosque serasque videres

Ludere: tum vigidas motare cacumina quercus.
 Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes:
 Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.
 Namque canebat, uti magnum per inane coacta
 Semina, terrarumque, animaque, marisque fuissent,
 Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
 Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis,
 Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
 Coepit, & rerum paulatim sumero formas.
 Idemque nouum terra stupeant lucescere solem:
 Altius atque cadant summotis nubibus imbres.
 Incipiant sylue cum primum surgere: cumque
 Rara per ignotos errent animalia montes.

Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina. Variæ sunt Philosophorum opiniones de rerum origine. Nam alij dicunt omnia ex igni procreari, ut Anaxagoras. Alij ex humore, ut Thales Milesius, vnde est, Oceanumque patrem rerum. Alij ex quatuor elementis, ut Empedocles: secundum quem ait Lucretius, Ex imbro, terra, atque anima nascuntur & igni. Epicurei verò quos nunc sequitur: nihil horum comprobant: sed dicunt duo esse rerum principia, corpus & inane. Omne enim quod est, aut continet, aut continetur. & corpus volunt esse atomos, id est quasdam minutissimas partes quæ nulli, id est sectionem non recipiunt. Vnde & atomi dicte sunt, quas Lucretius minutiores dicit esse illis corpusculis, quæ in infusis per fenestram radiis solis videmus, dicit enim illas nec visum posse recipere. Inane verò dicunt spatium in quo sunt atomi. De his itaque duobus principijs volunt ista quatuor procreari, ignem, aërem, aquam terram: ex his cætera: ut illa duo elementa atomi & inane sint: hæc verò quatuor syntheta, id est composita ex illis duobus præsent originem aliis omnibus rebus. Hæc autem ratione comprobatur ex atomis & inani originem rerum esse: quod nihil est in rerum natura quod non & corpus habeat, & recipiat sectionem, & quia recipit sectionem, indicet etiam inanitatem. Ergo *Vti magnum per inane coacta semina*. Canebat inquit mundi principium, id est quemadmodum collectæ & coactæ atomi per magnum inane fuissent origo ignis, aëris, terrarum, & maris, nam semina atomos dicit. Dicimus autem hæc atomos, & hæc atomi. *Animeque*, id est aeris: Vnde & iam venti sunt. *Liquidi simul ignis*, puri, id est ætherei, quem Cicero ignitum liquorem dicit. Lucretius, *Deuolet in terram liquidi color aureus ignis*. *Vt his exordia*, ex feminibus, hoc est atomis. *Primis*, pro principijs, quæ enim Græci *ἀρχαία*, nos principia appellamus. *Omnia & ipse tener mundi concreuerit orbis*. Ante orbis: & sic omnia quæ in orbe sunt. Nam mutato ordine ait, primo omnia: & sic orbis *Tener*, id est, recens factus *Concreuerit*. Collectus, & informatus sit. *Tum durare solum, & discludere Nerea ponto*. Canebat etiam quemadmodum se durare cepit solum, & mixtam sibi ante aquam sua contractione discludere. Sanè *solum* si nominat uis est, *durare* absolute accipiemus, & omnia quæ infra dicuntur ad solum & rerum terrestrium referentur. Si accusatiuus, ad mundi orbem cuncta pertinebunt. *Et rerum paulatim sumere formas*. Canebat etiam quemadmodum terra rerum sumperit formam. *Idemque nouum terra stupeant lucescere solem*. Canebat quemadmodum post hæc stupeant terræ solis ortum: Alij terræ ad homines referunt, pro qui in terra sunt. *Altius atque cadant summotis nubibus imbres*, quemadmodum cadant imbres nubibus in altum leuatis. Naturale enim est ut nubes cum ceperint solis esse vicina, eius calore soluantur in pluuia. Vnde in Georgicis ait, de signis serenitatis, At nebulae magis ima potunt *Incipiant sylue*. Bonum sanè sequutus est ordinem: ut post solis & pluuiarum commemorationem diceret ortas syluas & animalia cuncta procreata. *Animalia*, animantia.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
 Caucasæsq; refert volucres, sursumque Promethei.
 His aduugit, Hylam nauta quo fonte relictum
 Clamassent: ut litus Hyla Hyla omne sonaret.
 Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
 Pasiphaen niue solatur amore iuuenti.

Ab vix-

A *Ah virgo infelix, quae te dementia cepit?
Prætidēs implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
Concubitu: quamuis collo timuisset aratrum,
Et saepe in leni quassisset cornua fronte.*

B *Hinc lapides. p. i.* Quæstio est hoc loco. Nam relictis prudentib. reb. de mundi origine: subito ad fabulas transitum fecit. Sed dicimus aut exprimere eum voluisse sectam Epicuri, quæ rebus feriis semper inferit voluptates: aut fabulis plenis admirationis puerorum corda mulceri. Nam fabulæ: causa delectationis inuentæ sunt: vt ipse etiam in Georgicis docet, dicens, Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes. Sanè fabula talis est, Iupiter cum petosum haberet, propter feritatem Gigantum, genus humanum, scilicet quod ex illorum sanguine editi erant mortales, diluuiο inundaui terras, omnēsque homines necauit, exceptis Pyrra & Deucalione, qui in monte Atho liberati sunt: Sed hi ex responso Themidis Saxis post tergū iactis genus hominū reparauerunt, Et Pyrra quidem reparauit fœminas, Deo calio mares. Alij dicunt Iouē Lyaconi quod ei filium suum appofuisset epulandam, ipsum quod fulmine peremisse, fecisse verò diluuium quo homines perirent, exceptis Pyrra Epimethei filia, & Deocalione Promethei filio qui Parnassi montis altitudine defensus à diluuiο sunt, & hominum genus, vt supra dictum est, reparauerunt. Sunt qui dicant non ex illis lapidib. homines factos: sed quia iaculissent, sentibus atque fructibus vestri, lapidib. excitatos. Quod autem dicit *Regna Saturnia*, fabularum ordinem vertit. Nam quo tempore Saturnus regnauit, in terris non fuit diluuium: sed sub Ogige Rege Thebanorum. Secundum autem diluuium fuit sub Deucalione & Pyrra. Sanè sciendum & per diluuium, & per egyptosin significari temporū mutationē. Alij Saturnia regna pro Iouis accipiunt, cuius regno diluuium factum volunt sub Deocalione & Pyrra, nō aureo seculō quo Saturnus regnauit. *Caucasica, que refert volucres, sursumque Promethei.* Et hic fabulæ ordinem vertit, quæ talis est, Prometheus Iapeti & Clymenes filius post factos à se homines dicitur auxilio Mineræ cælum ascendisse: & adhibita fœcula ad rotam Solis, ignem furatus: quem hominibus indicauit. Ob quam causam irati dii, duo mala immiserunt terris, febres & morbos: sicut & Sappho & Hesiodus memorant, *Ἄλμα δ' ἰμερία λυγρὰ κατ' ἀδ' ἑσπέρου ἀδάκρυτα, τῆσιν ὄψι γδ γαίῃ κελῶν πῶλιν ἰθὺλάσσοι.* Quod tangit & Horatius dicens, *Post ignem ætherea domo Subductum, macies cœnona febrium Terris incubuit cohors.* Ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucafo religauerunt ad saxum: & adhibita est aquila, quæ eius iecur exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Vnde etiam Prometheus dicitur esse *πρῶτος ἀστρονομίας*, id est à prouidentia. Hic primus astrologiam Assyriis indicauit: quam residens in monte altissimo Caucafo, nimia cura & soliciudine deprehenderat. Hic autē mons positus circa Assyrios, vicinus est penè syderibus. Vnde etiam maiora astra demonstrat, & diligentius eorum ortus occasusque significat. Dicitur autem aquila cor eius exedere, quod est sollicitudo: qua ille affectus, syderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiā fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxū dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum eliciendorum & hominibus indicauit: vnde cælestem ignem dicitur esse furatus, nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur: qui mortalib. profuit, donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu in perniciē eorum versus est: sicut in Lino lectū est de Tollo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis: Numa verò Pōpilius impunē eo vsus est, tantum in sacris deorum. Hinc est quod igne raptō ab iratis numinib. morbi hominib. dicuntur immitti. Ergo secundum fabulam *ἄστρονομίας* est, nam prius fuit vt Prometheus crimen admitteret, post pateretur supplicia, qui tamen postea præcepto Iouis occisa per Herculem aquila liberatus est. Alij hunc fœcula ignem de cælo subripuisse ferunt, & idē à Ioue religatum ad Caucafum, & volucri obiectum, quem postea ab ipso Ioue resolutum, quod eum monuisset à Tethide abstinere, quod de eius semine nasceretur qui eum regno pelleret, sicut ipse Saturnum patrem, cui post sacramentum, quod eū nunquā se soluturum iurauerat annulum de ipsis vinculis clauso de monte Caucafo lapide dedit, ad pœnæ præteritæ indicium. *His adiungit hylam.* Hylas Thiodamantis filius ob speciem Herculi fuit carissimus, quem secutus nauigantem cū Argonautis, in sinibus Ionij iuxta Mæsiam apud fontē Cæci amnis, cum aquatū isset, à nymphis raptus est, nec vnquam potuit reperiri. Postea cum esset cognitum quod perisset in fonte, ei statuta sunt sacra, in quibus mos fuerat, vt eius nomē clamaretur in fontib. Ad quam imitationem nunc dicit, *Vt litus Hyla Hyla omne sonaret.* Per transitum rem veram tetigit, tertio enim ab Ephebo puer, in monte comitantibus vniuersis nomē eius clamabatur. Sanè postrema syllaba *la* breuis est. ideo quia vocalis vocalē sequitur. Nā omnis vocatiuus græcus à masculino veniēs, a terminatus, lōgus est, vt *Ænea, Hyla,*

Palla Ordo tamen est, his adiungit quomodo Hylam nauæ clāmassent in fonte relictaur. **A**
 Fortunatam Pasiphaen. Nota fabula est Cretensium Reginam Minois vxorem, quæ tauri amore
 flagranti, & enixa Minotaurum crimen dementiae suæ publicauit. Amore quidam pro in amo-
 re accipiunt. *Ab virgo infelix.* Ad hoc atinet quod ait *Solatur*: vt quod amat taurum, fortunæ
 magis videatur esse, quàm morum. Virgo autem (vt dictum est supra) à viridiorē ætate: nam
 iam mater fecerat Phædræ, Ariadnes, & Androgei. Caluus in Io, *Ab virgo infelix herbis pasceris*
amaris Quidam virgo, non quod virum illo tempore non haberet, sed quia talis ei pœna iam
 virgini destinata sit intelligunt, ob iram scilicet Veneris quæ irata Soli, quod se, vt quidam
 volunt, Anchisæ, aut alij Marti coniunctam prodidisset, sobolem eius inhonestis amorib, sub-
 iecit, vt Circe, Medeam, Pasiphaen, & hoc dicitur, In illa commiserabili dementia feliciores
 fuisse quæ se animalia credebant, quàm Pasiphaen, quæ cum sciret se hominem, taurum se-
 stabatur. *Quæ te dementia cepit.* Hic obiurgari magis quàm consolari videtur, an quia consolantis
 & hoc officium est, vt merentem strictim & obiurger. *Prævidet implerunt falsis mugitibus apros.*
 Prævidet, Præti, & Stenobææ, siue Antiopæ secundum Homerum filia fuerunt Iyippe, Ip-
 ponoë, Cyriana. Hæ se cum prætulissent Iunoni in Pulchritudine, vel vt quidam volunt, cum
 essent antistites, ausæ sunt vesti eius aurum detractum in vsum suum conuertere: illa irata
 hunc furorē earum immisit mentibus, vt putantes se vaccas in saltus abirent, & plerunque
 mugirent, & timerent aratra, quas Melampus Amythaonis filius pasta mercede vt Cyriana-
 sam vxorem cum parte regni acciperet, placata Iunone, in secro fonte, vbi solita erant bibere,
 purgavit, & in pristinum sensum reduxit. *Collo e a Terent. Syre si i timuis, Loui,* humana scilicet,

Ab virgo infelix, tu nunc in montibus erras:

Ille latus niueum molli sulcus hyacintho

Illice sub nigra pallentes ruminat herbas:

Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite nymphæ

Dictæ nymphæ nemorum iam claudite saltus,

Si quæ forte ferent oculis sese obuia nostris

Errabunda bouis vestigia: forsitan illum

Aut herba captum viridi, aut armenta secutum

Perducant alique stabula ad Cortynia vacca.

Ille latus niueum. Quis eam amari non intelligat? *Fulcus hyacintho.* Apud veteres vnusquisque
 eo super quod iacebat, *fulcus* dicebatur. Lucilius in tertio, *Et puluino fulcus*: Virgilius atque ha-
 rum cissulcus tergo. s. q. i. u. *Illice sub nigra.* Vel umbrosa, vel re vera nigra: nam talis est. *Pallentes*
ruminat herbas. Remouit, & denuo confumit atque iterum pasto pasciunt ante cibo. S. c. Ouidius: Ru-
 minatio autem dicta est à ruma eminente gutturis parte: per quam demissus cibus à certis re-
 uocatur animalibus. *Pallentes* autem vel aridas: vel quæ ventris calore propria viriditate ca-
 ruerunt. *Aut aliquam in magno sequitur grege* Aliquam, Id est, vaccam. Ac si diceret, Habes ali-
 quid spei: siquidem nouit amare quem diligis. Notandum autem *grege* cum de bobus dixisse, **E**
 cum proprie *Armenta* dicamus, licet grex sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero
 in Philippicis, *Fudis apothecas, cecidit grege* armentorum *Claudite nymphæ.* Melius hoc à persona Pa-
 siphæ dictum accipimus: vt dicat Silenus hoc illam aliquando dixisse. *Claudite saltus*, scilicet
 ne latus euagetur, eo que minus possit inuestigari. *Si quæ pro si, vel si quo modo.* *Dictæ.* Dictis
 quod vno verbo Homerus ait, *εισι τῶν πεδῶν*, hoc est ver. cod. flexilibus, flexis pedibus ince-
 dentes. Et est Participium, propè contra rationem figuratum: vel errabunda, errantia, vt ludi-
 bundus, ludens. Cicero *Omnia ludibundus conficiens Nostris.* Et hic nostris, vt Terentius in *Terenti*
nume, ubi, quomodo minimo periculo id demus adulescentulo, id est des. *Ad Cortynia* Bene **F**
 ad Cortynia. Nam apud Gnason imperabat Minos eius maritus. Vnde illuc taurum non vult
 venire: sed ad Cortynon oppidum Cretæ, vbi aliquando fuerant Solis armenta.

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.

Tum Phaetontiadæ musco circumdat amara

Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum,

Amas in montes vt duxerit vna sororum:

Vtique viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:

A *Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus atque apto cithres ornatus amaro
Dixerit, Hos tibi dant calamos (en accipe) Musa:
Ascreo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidus deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.*

Tum canis Hesperidum miratam mala puellam. Mala, quibus acceptis à Venere: Hippomenes vic-
cit Achalantem puellam Scyriam curru potentem: quæ multos sponso superatos occiderat:
quod plenius in Æneide tertio libro memorauimus, vbi etiam de ipsis malis fabula relata est.
B Tum Phæontidas. Clymenes & Solis filias: quæ dum extinctum fratrem flerent, cõuersæ sunt
in arbores, vt hoc loco dicit, in alnos: vt in decimo, in populos. vbi etiam plenius hæc dicta est
fabula. mira autem est canentis laus, vt quasi non factam rem cantare: sed ipse eam cantando
facere videatur. Sanè ingeniosi hominis mentionem cum re, quæ animam non habet miscuit:
sorores Phæontis succina fleuisse dicitur: Et quidam alnos poetica consuetudine pro populis
accipiunt Duxerit produxerit. Vna sororum, vna Musarum, vna Gallo. Amare corticis. Alibi, ait,
Raptus de subere cortex: quod magis sequi debemus, vt masculino vtamur, & est epitheton nat-
urale. Permessi ad flumina Gallum. Helicon mens est Bœotia: quæ & Aonia dicitur. de hoc plu-
tima cadunt flumina: inter quæ etiam Permessus iuxta quem dicit ambulat Gallum ab
vna Musa ad cæteras esse deductum, & illic factum poetam. Qui elegos scripsit, qui & triumui-
ris præpositus fuit ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in Transpadana re-
gione non diuisdebantur. Sanè Aones originem ab eo loco ducunt, vbi nunc maritima Vene-
tia est Phæbi chorus, Id est musæ. Assurrexeris, Id est honorem præbuerit, vt, Tmolus assurgit, qui-
bus & rex ipse Pheneus, Id est, cecit. Vt Linus. Apollinis filius: quem supra memorauit. Ordo au-
tem est, hæc illi vt Linus dixerit. Diuino carmine, id est vaticinans qui diuina canebat. Pastor.
Quæritur cur pastor dixerat, nisi fortè quod se poeta sub pastoris persona inducit. Atque
a. j. Apud antiquos indago erat species coronæ de apio. Sed in nemæo agone qui in honorem
Arcæ mori institutus est, & voluit quidam hoc coronæ genus ad indicium mortis eleuatum, aut
quod humilis herba immatura de Arcæ moro luctum ostendat, aut quod supra hanc herbam
reptans puer à serpente extinctus sit. Sanè in eo agone speciatim apio coronantur poætæ. Ca-
lamus pro fistula, vt nec calamis solum æquiparas. Ascreo quos ante seni. Hesiodo, qui Ascreus
fuerat de vico Boetiæ quem dicuntur Musæ, pascentem pecus raptum de monte Parnasso poe-
tam fecisse munere calamorum. Cui etiam bis pueritiam de senectute præstitisse dicuntur,
Ideo ait, quos ante seni Grynei nemoris dirigitur origo: miraculum Apollinis, qui serpentem ibi
occidit. Gryneum nemus, est in finibus Ionis Apollinis à Grino filia consecratum: vel à Gry-
na Mætiæ ciuitate, vbi est locus arboribus multis iocundo, gramine, floribusque variis omni
tempore vestitus, abundans etiam fontibus, quæ ciuitas nomen accepit à Gryno Euripili filio,
qui regnavit in Mætiæ, qui aduersus Troianos Græcis auxilium tulit, Eurypilus namque filius
Telephi, Herculis, & Auges filij ex Astyoche Laomedontis filia fuit, qui Grynum procreauit.
E Is cum patris occupasset imperium, & bello à finitimis temptaretur, Pergamum Neoptole-
mi & Andromaches filium ad auxilium de Epiro pronocauit, à quo defensus, victor duas vires
condidit, vnam Pergamum de nomine Pergami, alteram Grynum ex responso Apollinis. In
hoc nemore Calchantem vites serentem quidam augur vicinus, præteriens dixit errare: non
enim fas esse nouum vinum inde gustare: At is opere absoluto, vindemiæque facta, cum ad
cenam vicinos, eumque ipsum augurum inuitasset, protulit vinum, & cum diis libare in fo-
cum vellet, dixit se non solum poturum, sed etiam diis daturum, & conuiujs cui ille eadem
quæ ante ei responderet hoc deridens eum Calchas adeo ridere cepit, vt repente intercluso
spiritu poculum abiiceret. Varro ait vincla detrahi solita, id est compedes catenæque & alia,
qui intrarunt in Apollinis Grynei lucum & fixa arboribus: In quo lupo aliquando Calchas &
Mopsus dicuntur de peritiâ diuinandi inter se habuisse cerramen. Et cum de pomorum arbo-
ris cuiusdam contenderent numero, stetit gloria circa Mopsus: cuius rei dolore Calchas in-
terit. Hoc autem Euphorionis continent carmina, quæ Gallus transtulit in sermonem lati-
nam. Vnde est illud in fine, vbi Gallus loquitur, Ibo & Calchidico, quæ sunt mihi condita ver-
su Carmina. Nam Calchis ciuitas est Eubœæ: de qua fuerat Euphorion. Dicatur laudetur. Ne
quis sit lucus quo se plus iactet Apollo. Sensus hic est, Si tu Gryneum laudaueris nemus, in nullo
f: tantum Apollo iactabit. Quo se plus iactet In quo plus gloriatur Atlanta, Hippomenes, Gallus,
Linus, Perneffus, Phæontides, Melampus, Pæsihae, Praxides.

Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
 Candida succinctam latrantibus inguina monstis,
 Dulichias vexasserates: & gurgite in alto
 A timidos nautas canibus lacerasse marinis:
 Aut ut mutatos Terei narrauerit artus:
 Quas illi Philomela dapes, que dona parauit?
 Quo cursu deserta peruerit, & quibus ante
 Infelix sua tecta superuolita uerit alis?

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est. Scyllæ duæ fuerunt, vna Phorci & Crethei-
 dos Nymphæ filia, pulcherrima: quam cum amaret Glaucus marinus deus, dum ipse amaretur
 à Circe, & eam contemneret: illa irata fontem in quo Scylla solebat se ablueri, tinxit venenis:
 in quem cum descendisset puella, media sui parte in feram mutata est. Hanc postea Glaucus
 fecit deam marinam: quæ classem Vlyssis, & socios euertisse narratur. Quidam Scyllam hanc à
 Neptuno amatam dicunt, & per Amphitritem coniugem Neptuni metuentem pellicis for-
 mam venenis Circes in monstrum marinum esse mutatam. Altera verò Scylla fuit, Nisi Me-
 garensum Regis filia: contra quos dum deuictis iam Atheniensibus pugnaret Minos, propter
 filij Androgei interitum, quem Athenienses & Megarense dolo necauerant: adamatus ab
 Scylla est Nisi filia: quæ ut hosti posset placere, comam purpuream parentis ascissam ei obtu-
 lit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuisset
 intactam. Postea & Scylla à Minoe contempta, vel dolore quod contempta esset quasi par-
 ricida à Minoe ad puppim religata * tracta sit, in auem Cirin conuersa est: & Nisus extinctus
 deorum miseratione, in aquilam Piscarien mutatus est, quæ aues hodie, ut ipse in Georgicis
 dicit, flagrant inter se magna discordia. Modo ergo Virgilius aut poetarum more miscuit fabu-
 las: & nomen posuit pro nomine, ut diceret Scyllam Nisi, pro Phorci: sicut alibi, Domitus Pol-
 lucis habentis Cyllarus: cum Caltor, domitor equorum fuerit. Item, Et manibus Progne pe-
 ctus signata cruentis: cum Philomela, non Prognis, abscissa sit lingua. Aut certe sit Hyfleron
 proteron: ut vtriusque fabulæ videatur facere commemorationem, ut intelligamus, Quid lo-
 quar aut Scyllam Nisi: aut quam fama secuta est, Candida succinctam latrantibus inguina
 monstis, Dulichias vexasse rates. Aut certe ut bis accipiendum est. Quid loquar aut Scyllam
 Nisi, aut quam fama secuta est? ut est illud in primo, Non ignara mali, miseris succurrere disco.
 Dulichias vexasse rates. Ithacenses à monte. Dulichium insula est, ubi mons est Ithacus: in qua
 fertur habitasse Vlysses: eo que & ipse Dulichius, & Dulichias habuisse rates dicitur. Vexasse
 rates autem per Tapinosin dictum est, Nam non vexauit, sed euerit, quod Probus vult hac ra-
 tione defendere: dicens vexasse venire ab eo quod est veho, vecto, vexo. ut vexasse sit portasse,
 & sine dubio pro arbitrio suo euertisse. Vexasse est enim vis quædam alieni arbitrij, non enim
 sui potens est qui vehitur. Bonè ergo inclinatum verbum est, nam qui fertur, & raptatur, & huc
 atque illuc distrahitur, vexari propriè dicitur, Cato in oratione de Acheis, Clomque Annibal, ter-
 ram Italianam laceraret atque vexaret. Cicero in Verrinis, Sed ut à barbaris prædonibus vexata esset. Item
 ablati, sana vexata, direpta, vrbes reperimus. A timidos nautas. Timidos nautas nonnulli pro timen-
 tes accipiunt, & bonè à timidos, ex dolentis persona, Terei, pro Terei. nam per synæresim di-
 ctum est: sicut supra, Furumque Promethi, pro Promethei. Tereus autem Rex Thracum fuit,
 qui cum Atheniensibus tulisset auxilium, ac Pandionis Athenarum regis filiam Prognem no-
 mine duxisset vxorem, & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi Philomelam foro-
 rem suam videendam accerseret, profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiauit in iti-
 nere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit, inclusamque in stabulis reliquit, euentus
 coniugi eam perisse naufragio. Sed Philomela rem in veste suo, cruore descriptam misit foro-
 ri: qua re cognita Progne Iteum filium interemit, & patri epulandum adposuit. Alij Tereum
 finxisse foecero dicunt Prognem vxorem mortuam, & petisse Philomelam in matrimonium, &
 hoc dolore compulsum Prognem occidisse filium, & epulandum patri apposuisse, quos cum
 Tereus agnito scelere insequeretur, omnes in aues mutati sunt, Tereus in vppam, Iteus in fas-
 sam, Progne in hirundinem, Philomela in luciniam quidam tamen eos nauibus effugisse peri-
 culum, & ob celestem fugam, aues appellatos volunt. Philomela dapes. Atqui hoc Progne fecit:
 sed aut abutitur nomine: aut illi imputat propter quam factum est: Et bonè auis & hominis
 miscuit mentio nem. Que dona parauit. quod satiatio Tereo caput & pedes filij vxor intulerit.
 Quo cursu. Licet adatum accipere debeamus, tamen Deserta petierit, potest ad hominem referri.
 Sna tecta superuolita uerit. Hoc ad auem pertinet.

A Omnia quæ Phæbo quondam meditante beatus
 Audyt Eurotas, iussitque ediscere lauros:
 Ille canit, pulse referunt ad sidera valles.
 Cogere donec oves stabulis, numerumque referre
 Iussit, & inuito processit vesper Olympo.

Meditante, canente. Eurotas. Fluvius Laconum, qui audita ab Apolline suas edocet lauros, quibus eius plenæ sunt ripæ, ibi namque templum Apollinis est, nam hunc fluvium Hiacynthi causa Apollo dicitur amasse. *Lauros* verò multi pro vacibus accipiunt. *Ille.* Silenus. *Referunt,* vel ferunt, vel proferunt, quo verbo aliter in sequenti versu vitur. *Cogere donec oves stabulis.* Ordo est, cogere donec oves stabulis vesper iussit, & inuito olympo processit. *Referre,* recensere. *Et inuito processit vesper Olympo.* Et ex eo quod dies inuitus abcessit: & ex eo quod nimio audiendi desiderio vesper exortus est, cantilenæ voluptas ostenditur. Est etiam solis laudatio, cuius lucis claritas tanta est, ut ea olympus lætetur.

ECLOGA VII. MELIBOEVS.
 CORYDON. THYRSIS.

C **F**ORTE sub arguta comfederat ilice Daphnis,
 Compulerantque greges Corydon, & Thyrsis in unum,
 Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas:
 Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
 Et cantare pares, & respondere parati.

D **F**ORTE sub arguta comfederat ilice Daphnis. Ecloga hæc pene tota Theocriti est: nam & ipsam transtulit, & multa ad eam congestit de aliis. *Arguta* autem modò canora, stridula. Alibi argutum, breve significat, ut Argutumque caput. *Daphnis.* Diuinum hunc inducit, quippe filium Mercurij, ut diximus supra. Nam hinc est quod paulo post dicitur est: Caper tibi saluus & hædi, quasi diuinus. *Compulerantque.* Compellere proprie est in vnum locum vel diuersa, vel diuersorum animalia cogere. Cicero in Pisonæ, omni pecore compulsio. *Florentes ætatibus.* hoc est ætate florente. *Arcades ambo.* Non te vera Arcades: nam apud Mantuanam res agitur: sed sic periti, ut eos Arcades putares. Nam & paulo post dicitur est, Soli cantare periti Arcades. *Et cantare pares, & respondere parati.* Hoc est, qui possint etiam continuum carmen dicere. Nam hoc est cantare: ut, Extinctum Nymphæ crudeli funete Daphnoin, vel, Candidus infuerum miratur lumen olympi. Et Amœbæum referre, ut, Et me Phœbus amat, Phæbo sua semper apud me Munera sunt lauri. Cantare autem parati, pro parati ut cantarent & responderent, vel pares parati, quasi pariter parati.

E *Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
 Viregis ipse caper decerrauerat: atque ego Daphnin
 Aspicio ille ubi me contra videt, Ocyus inquit,
 Huc ades ô Melibœe: caper tibi saluus & hædi:
 Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
 Et tu ipsi potum venient per prata iuueni:
 Hic viridis tenera præter arundine ripas
 Minius, eque sacra resonant examina quercu.*

F *Huc mihi.* Scilicet circa eam partem in qua Daphnis fedebat. *Dum teneras defendo à frigore myrtos.* Et variè hic locus exponitur. Nam alij simpliciter accipiunt, Dum myrtos tego, & tueor, ne eas frigus exurat. Alij quia ætatis illud fuisse asserunt tempus dicunt, Defendo à frigore, tego contra frigus futurum. Alij dicunt, Dum defendo, id est, dum mihi ad defensionem præparo myrtos à frigore, id est, quæ sunt sine frigidibus, Solent enim pastores vendicare

sibi loca aliqua propter frigus futurum. *Vir gregis*. Abusuē: nam tantum hominum est. Sic alibi, *Quem legere virum*. Item Horatius, *Es olentes uxores mariti*. Acyrologia est, quod tamen ad Theocriti imitationem dictum est: qui ait, ὁ γὰρ τὰ λευκὰ ἀγαθὸν αἶμα. *Ades*, alij pro imperatiuo accipiunt, cuius pronuntiatio similis est indicatiuo. Terentius, *Ades dum paucis te volo*. *Capere tibi saluus & hœdi*. Aut quia in capro est spes hœdorum, aut intelligimus ritum etiam hœdos perdidisse, sed nescire: quod tamen ille quasi diuinus indicat. Potest tamen etiam scire, sed leuius damnum maioris contemplatione contemnere. *Et si quid cessare potes*. Si tibi potes vel breue otium persuadere. Nam loquitur ad hominem amantem laboris. *Requiesce sub umbra*. Mecum scilicet. *Hinc ipsi postum venient per prata iuueni*. *Ipsi*, Id est sponte sua. Et intelligimus istum præter capellam in gregem, iuencos habuisse peculiare, aut certe, ipsi referamus ad hœdos & caprum, vt, *Per prata iuueni*. *Prætexit*, prætegit, vt, non tamen Anna nouis prætexere f. l. *Mincius*. Fluuius, intelligamus Venetiam, quæ est haud longe à Mincio, cuius est delicias commemoraturus. Alij dicunt loca ipsa prata iuueni appellari. *Equæ sacra*. Et de sacra: vt, *Equæ chao denfos diuim enumerabat amores*. Id est à chao. *Sacra autem quercus*, aut ipsam quam vult intelligi, aut vniuersum genus, quod & Iouis & olim fatidicæ.

*Quid facerem? neque ego Alcippen: nec Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum:
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere: alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.*

Neque ego Alcippen: nec Phyllida habebam. Has duas intelligamus amicas esse cantantiū. Nam hoc dicit, *Nec Alcippen habebam*, vt ille: *nec Phyllida*, vt alter, aut vt plerique putant nomen villicæ. *Clauderet agnos*. Ergo varium pecus habuit. *Et certamen erat, Corydon cum Thyrside magnum*. Figura: è locutus est, Magnū certamen, ille cum illo: ac si dicas, Magna contentio est, cum Cicerone Virgilius, & videtur nominatiuum pro genitiuo posuisse, nam Corydonis facit. *Posthabui*, postposui. *Mea seria*. Necessitatem, capri inquirendi, vel hœdorum *Ludo*. Cantilenæ, vt, *Ludere quæ vellem calamo permisit agresti*. *Alternis igitur contendere versibus ambo*. Hoc est quod ait supra, *Et respondere parati*. *Alternos musæ meminisse volebant*. Si volebant: sensus est, Musæ utriusque meminerant, vt, *Amant alterna canentæ*. Sed multi *volebam* legunt: vt sit sensus, *Optabam* ò Musæ meminisse alternos, id est, omnia quæ dixerunt, tenere. Nam & in fine dicturus est, *Hæc meminî*. *Referabat ordine*. Amœbæi carminis lege, vt diximus supra.

Co. Nympha, nosfer amor, Libethrides, aut mihi carmen,

*Quale meo Codro, concedite (proxima Phosbi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.*

*Th. Pastores hedera crescentem ornate poetam,
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro,
Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.*

Nympha nosfer amor, Libethrides. Libethros fons est vbi coluntur Musæ: à fonte Bœotix Libetro poeta, qui primus armoniam tradidit, & arcē Musis cōsecrauit: Alij locum in quo Hesiodus natus est. Alij templum Libetridum musarum dicunt, quod à Pterio Apollinis filio consecratum est, & sic ait Libethrides, ac si diceret Hippocerinides à fonte Hippocrene. Vt autē poetæ inuocēt Nymphas (sicut hoc loco: Item in fine, Extremum hunc Arethusa mihi cōcede laborē) hæc ratio est, quod secundum Varronē, ipsæ sint Nymphæ quæ & Musæ, nam & in aqua consistere dicuntur, quæ de fontibus manat, sicut existimauerunt, qui camænis fontē consecrarunt: nā eis non vino, sed aqua & lacte sacrificari solet, nec immeritò Nā aquæ motus musicæ efficit: vt in hydraulia videmus. Sanè sciendū quod idem Varro tres tantum Musas esse cōmemorat: Vnam quæ ex aqua nascitur motu: Alteram, quam aeris ictu efficit sonus. Tertiā quæ in æra tantum voce consistit. Et multi volunt in hac ecloga esse allegoriā, vt Daphnis sit Cæsar: Corydon

A Corydon Virgilius: Thyrsis qui vincitur, Virgilij obrectator scilicet aut Batius, aut Anser, aut Mæuius pessimi poetæ. *Codrus*. Codrus poeta eiusdem temporis fuit, vt Valgius in Elegiis suis refert. *Proxima Phabi*. Subaudis carmina: *Aus si non possumus omnes*. Secundum illud dixit, Non omnia possumus omnes, Nam debuit dicere. Aut si ego non possum. *Hic arguta*. Iuxta quam frequenter canitur, ac per hoc loquaci garrula. *Sacra pinu*. Matri deum consecrata. Sic supra, Sacra quercu, scilicet Ioui dicata. & apostropham fecit tanquam eam consecret, & intellectus pendebit, fistula malo catalysin facere quam deterior esse. *Pastores nascentem poetam*. Verecundè locutus est, non iam poetam dicens, sed nascentem. Sanè hoc loco carmen exprimitur Amœbæum. Nam cum Corydon petisset vt esset Codri similis: hic se adeò Codrum superare dicit, vt se in eius inuidiam possit mouere. Hedera autem coronantur poetæ, quasi Libero consecrati, qui & vt Bacchæ insaniunt (Sic Horatius, *Vt male sanis adscripsit Satyris Famiisque poetæ*) vel quod semper vident hedera, sicut carmina æternitatem merentur. *Rumpantur vt ilia*. Sicut etiam in Æneide dictum est, hoc ile, & hæc ilia facit. Vnde Iuuenalis ait, *Vt frater ab ipsis Ilibus?* Nam Maryllus mimographus contempfit artem, ad iocum mouendum: & parasito dixit, *Tu vt Hector ab Ilio nunquam recedis*. Sed, hoc dictum est per amaritudinem rusticam. *Vltra placium*. Id est nimie. Irrisoriè. Ultra quam placeo & mereor: quicquid autem ultra meritum laudatur, dicitur fascinari. *Baccare*. Herba est ad repellendum fascinum. *Mala lingua*. Fascinatoria, nocendi scilicet studio.

Co. *Setosi caput hoc apri tibi, Delia, paruis
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.*

C *Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.*

Th. *Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si factura gregem suppleuerit: aureus esto.*

Setosi caput apri. Multi per duas e scribi volunt propter metrum. Sanè deest consecrat, vt Æneas hæc de Danais, & si apri, tanquam venator, si capri, tanquam pastor, *Paruis* vel humilis, **D** vel pauper, vel minor ætate. *Ramosa cornua*. vt cornibus arboreis. *Mycon*. Vel eius filius, vel patronus, *Viuacis cornua cerui*. Vt enim Plinius dicit in naturali historia, Cum se cerui grauatatos ætate cognouerint esse, serpentes requirunt, & eos statu ad se tractos, cum comederint, iuuenescunt & reuertuntur rursus in ætatem priorè, diu enim viuere dicuntur, *Si proprium hoc fuerit*. Quod supra petierat scilicet, vt talia carmina faceret qualia Codrus effecerat. Proprium sanè veteres perpetuum; stabile, firmum, Terentius. *Ego deorum vitam ea propter sempiternam esse arbitror, quod eorum voluptates proprie sunt, id est firmæ & perpetuæ*, Et in Formione, *curavi propria vt possideretur*. Et ipse propriamque dicabo, & da propriam thymbræ domum. Si proprium, alij hunc Miconem alieni pecoris custodem volunt, & sic dicere, interim hoc tibi caput Delia **E** dedico: si proprium hoc meum pecus fuerit, plus dabo, id est simulachrum faciam. *Leui, polito de marmore tota*. quia solent plerunque caput tantum, vel thoraca facere. Sanè in libris sacrorum refertur sacrum dici, quod ritè sacrat, vt ædis ære simulachra, dona: Hic ergo cum dicit leui de marmore tota Puniceo, stabis suras euincta cothurno, Eodem modo: & de Priapo dictum debemus accipere. Hinc etiam caput apri pro dono offertur, dona autem oblata numinibus tam diu sacra sunt, & dona possunt dici, quam diu non fuerint profanata. *Suras euincta cothurno*. Ideo singulari vsus est numero, quia hoc genus calcamenti vtrique apertum est pedi, vt in primo Æneidos, *Purpureoque alte suras vincire cothurno*. *Euincta*, vel simpliciter, vel valdè, vt eduramque pinium. *Sinum lactis*. Sinum, genus est vasis: quod cum significamus, si, producit: cum verò gremium significamus, si, corripimus. Varro de vitapopuli Romani, *aut lepestan, aut galeolam, aut sinum dicebant*, Tria enim pro quibus nunc acratoforon dicitur. Atta in Megalensibus, *nempe abhensan ubi sermo de sinu solet suboriri*. Sanè notandum haberi considerationem diuinarum personarum. Nam ille supra cum veneratione locutus est, apud numen seuerum consideratione, quod contra hic iocatur, quia loquitur apud numen, quod iocis gaudere manifestum est. *Priapus* autem, deus Lampsacenus est Helleponti, qui hortos tuetur. *Liba*, placentas. *Pro tempore*, pro necessitate, pro captu rei nostræ, pro viribus quæ sunt hoc tempore. *Si factura gregem suppleuerit*. Si tot agnos habuero quot oues: hoc est enim gregem suppleti per facturam, & factura est proventus: ipse factus verò quod nascitur.

Co. Nerine Galathea thymo mihi dulcior hyblae,
Candidior cygnis, hедера formosior alba,
Cum primum passi reperient praesepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.

Th. Immo ego Sardois videor tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non haec lux toto iam longior anno est.
Ite domum passi, si quis pudor, ite muencti.

Nerine Galatea. Amica Corydonis nobilis, & hoc dicit, O amica quae talis es, qualis Galatea fuit nympha, quam cum Polyfemus Cyclops adamasset, primum concubitum eius precibus experit, mox vim adhibere conatus est, quem illa in mare se precipitando, effugit. Cyclops autem cum eam de mari non posset evocare, Acyn, quem nympha diligebat, icu petrae interemit, cuius cruorem Galatea vertit in fluuium, qui eius retinet nomen. Nerine autem patronymicum est graecum. Na feminina patronymica aut in *ia* exeunt, vt Pelias aut in *ia*, vt Atreis: aut in *ae*, vt Nerine, Adrastine. Alij pro Nereis accipiunt. *Thymo mihi dulcior hyblae*. Vel odore thymi hyblae, vel mellis hyblae: vt a materia rem ipsam dixerit. Nam apibus, non hominibus dulcis est thymus. *Hederam formosior alba*. Quia sunt & nigrae hederae: vt. Aut hederam pandunt vestigia nigra. Nigra autem, vel alba hederam, non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur. *Praesepia*. id est, cum possessores noui ceperint assignatos possidere agros. *Tui Corydonis*. Plenum affectus est: vt. Si quis amatae Tangit honos animum. *Sardois herbis*. In Sardinia enim nascitur quaedam herba, vt Salustius dicit, apiastris similis: quae herba comesta hominum rictus dolore contrahit, & quasi ridetes interimit. Vnde vulgo *capitum de yeras*. *Horridior*. Spinosior. *Rusco*, virgula breuius acutis foliis & pungentibus, vnde & in sacris scopae fieri solent. *Alga* herba quae in mari nascitur. *Lux* id est dies. *Ite domum passi, si quis pudor, ite muencti*. Quia ad patendum audissimum sunt. Ideo autem increpat tauris tarde redeuntes ad stabula, quia superius dixit ille tunc amicam suam venire debere, cum tauri ad praesepia fuissent reuersi.

Co. Muscosi fontes, & somno mollior herba,
Et quae vos rara vridis regit arbutus umbra,
Solstitium pecori defendere iam venit aestas
Torrida: iam leto turgent in palmitum gemmae.

Th. Hic focus & tædæ pingues: hic plurimus ignis
Semper: & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum borea curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Muscosi fontes. Lanugine vitidore cooperti. *Somno mollior*. turpilius lectus. *Rara arbutus*. Aut Genus arboris frondibus raris, aut quomodo dicimus rarum hominem pro egregio & bono, defendere, prohibere, excludere. Horatius, & igneam defendit astatem capillis, usque meis. Duo ergo significat, nam aliter patriam dicimus defendere, aliter hostes, vt hunc oro defende furorem. *Iam venit aestas torrida*. Iam venit, iam appropinquat: non enim dicit astatem esse cum adhuc turgere gemmarum palmitum dicat. Et bene tarde frondere vites commemorat in Venetia: quae est prouincia frigidior. *Torrida*, calore sicca. *Hic focus, & tædæ pingues*. Contraria iste dicit. *Pingues* autem tædas ait dissuadentes picem. Nonnulli hinc legunt, vt sit intellectus, quia in domo lux temper ignis sit, ideo subiectum, hinc tantum, vt est hinc omnis laigo pubescit vinea fœu. hoc est, ex hac causa. Sanè hinc alij propterea: alij, loci significationem accipiunt. *Semper*. Quantum ad hiemis spatium pertinet. *Curamus*, qui iam timemus accipiunt. *Numerum lupus*. Quia solam considerat lupus praedam, & subauditur, vel ouium vel simulum. *Torrentia flumina ripas*. Quae aucta, riparum munimina spernunt, & totum prouerbialiter dictum est.

Co. Stant & iuniperi, & castanea hirsuta:
Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.
Omnia nunc vident: at si formosus Alexis

- A. *Montibus his abeat, videas & flumina sicca.*
 Th. *Aret ager: vitio moriens fuit aeris herba:*
Liber pampineas inuidit collibus umbras,
Phyllidis aduentu nostra nemus omne virebit:
Iuppiter & leto descendet plurimus imbri.

Stant & iuniperi. Modò, plenæ sunt: aliàs, horrent, vt, Stant lumina flamma. Aliàs verò stant vt, Stant manibus aræ. Verius Flaccus, Iuniperum iuuenem pirum dicit, verè autem Iuniperus est quasi aculeis prædita, baccas ad piperis speciem gerens. *Castanea hirsuta.* Adhuc intra suos echinos locatæ. *Pasim abundanter. Rident.* Lætæ sunt: vt Mixtâque ridenti colocasia fundet acantho. *Ille terrarum mihi præter omnes Angulus vides.* *Montibus,* è montibus. *Flumina sicca.* *etiam iuges aquas & perpetuo fluentes sicari conspicias.* *Aret ager.* Ordo est, aret ager & fuit herba moriens vitio aeris, id est pestilentia corrupti aeris affligitur. *Liber pampineas.* Sanè sciendum, Virgilium pampinos nunquam cum genere dicere: sed Varronem fœminino genere frequentius. *Inuidit collibus umbras.* Exiccata sunt vites nimio æstu, & folia amiserunt. *Inuidit collibus umbras.* Vt, Tène inquit miserande puer, cum læta veniret, Inuidit fortuna mihi? Nam inuideo tibi illam rem dicimus, vt inuidet imperium. *Iuppiter & leto descendet plurimus imbri.* Sic alibi, Coniugis in gremium lætæ descendit. Aer enim in pluias soluitur.

- C. Co. *Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho:*
Formosa myrtus Veneri: sua laurea Phæbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phæbi,
 Th. *Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,*
Populus in fluuiis, abies in montibus altis.
Sapius at si me Lycida formose reusas,
Fraxinus in syluis cedit tibi, pinus in hortis.

D. *Formose myrtus Veneri.* Myrtum ideo dicatam Veneri volunt, quia cum à mari exisset, latuè in myrto ne nuda conspiceretur, vel quia fragilis est, vt amor inconstans, vel quia iocundi odoris, vt sic positæ quoniam suauis miscetis odores. *Fraxinus in syluis pulcherrima.* Benè singulis loca sua assignauit, *Fraxinus in syluis cedit tibi, pinus in hortis.* Non sic erunt pulchræ arbores in suis locis, id est sibi aptis creatæ: sicut tu, si ad me frequenter venire curaueris. *Fraxinus in syluis,* & post, *Populus,* in fluuiis in Vari, & Hebræ, vt est nunc prius populus in fluuiis, dein fraxinus in syluis in hebræ, * *Nec myrtus vincet Veneris, nec laurea Phæbi,* & ita adserit, illas dum Phyllis amabit. Non tam necessarium fuit dicere corylos: perinde enim est, ac si dixisset, Phyllis amat corylos, corylos dum Phyllis amabit. *Populus Alcide gratissima,* quia ea velatus ab inferis rediit, quam Homerus *ἀχιβόρου* dicit, ab Acheronte ad superos translata, qua corona vsus duplici colore foliorum geminos labores superiorum inferiorumque testatus est. De hac sanè arbore fabula talis est: Leuce Oceani filia inter nymphas pulcherrima fuit, hanc Pluton adamauit & ad inferos rapuit, quæ postquam apud eum completo vitæ suæ tempore mortua est, Pluton tam in amoris, quam in memoriæ solatium in Elysiis piorum campis Leucen nasci arborem iussit, ex qua, sicut dictum est, Hercules se, reuertens ab inferis, coronauit.

Me. *Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim*
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

F. *Hæc memini.* Et memini illam rem, & memini illius rei dicimus: vt, *Nec veterum memini, latorve malorum.* Item Numeros memini. *Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.* Victor, nobilis supra omnes: quam rem quasi rusticus implere non potuit.

ECLOGA VIII. PHARMACEVTRIA. A

DAMON.

ALPHEBIOEVS.



*ASTORVM Musam, Damonis & Alpheiboi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenta
Certanteis, quorum stupefacte carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis musam dicemus, & Alpheiboi.*

P Actorem Musam Damonis. Apud Theocritum est vna ecloga, B
quæ appellatur *εαμυκίωτος*: In qua inducitur mulier quædam
sacris quibusdam peruertens mentem amatoris à quo spernebatur:
quam Virgilius transtulit ad huius eclogæ vltimam partem. Pri-
ma n. eius pars conquestionem solam habet amatoris decepti: quem nubendo alteri, antiqua
sponsa sefellera. *Musam*. Ergo Cantilenam amorum quos inter sese cecinerunt. *Immemor herba-
rum quos est mirata iuuenta*. Qui cantilenæ suauitate coegerunt etiam ea animalia obliuisci pas-
cuorum, quæ sunt pascendi auidissima. Nam supra ait, *Ite domum patri, si quis pudor, ite iu-
uenci. Stupefacte carmine lynces*. Animalia tanquam Pantheræ in tutela Liberi, & paulatim ad
augmenta procedit, dicens, *Iuuenta obliuiscunt pascuorum: stupuerunt fera: flumina etiam
sensu carentia cursus proprios retardauerunt. Requierunt flumina cursus*. Cursus proprios retarda-
uerunt, & quietos esse fecerunt. Sic Sallustius, *Paululum requiescit militibus*. *Quiesco enim dupli- C
cem habet significationem & aliter dico Quiesco ego: enim aliter, & aliter quiesco seruum, id
est quiescere facio, Caluus in Io, Sol quoque perpetuus meminit requiescere cursus Damonis Musam.*
Bene repetit ne longum vperbaton lectum confunderet, vt in Georgicis repetit, huc pater ð
Lenæe.

*Tu mihi seu magni superas iam saxa Timau:
Sine oram Illyrici legis equoris, en erit vnquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta:
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno
A te principium tibi desinet: accipe iussis
Carmina cepta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida vix celo noctis decesserat umbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cepit, oliua.*

Tu mihi seu magni superas iam saxa Timau. Vbi es ð Auguste, siue Venetiæ flumen transcendis E
(nam Timauus fluuius est Venetiæ vel Histriæ.) *Sine oram Illyrici legis equoris, en erit vnquam
Ille dies*, hoc est siue per Illyricum nauigas mare, id est, per Dalmatiam: putas vnquam erit tem-
pus quo mihi liceat tua facta describere? Putas. *En erit*. Ecce iam adert. Nam *en vnquam optantis
est, vt, en erit ille dies, aliud confirmantis, vt, en erit vt liceat*. *Sola Sophocleo tua carmina d.c.* Ac si
diceret, *Quanquam impar sit ingenium meum laudibus tuis, nam tuæ laudes merentur ex-
primi Sophocleo tantum cothurno*. Sophocles autem Tragediographus fuit altifonus. Alij
ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod & ipse vtriusq; linguæ Tragediarum scriptor fuit.
Cothurnus autem calciamentum tragicum, cuius vsum quidam Sophoclem primum scenæ in-
tulisse volunt. *A te principium tibi desinet*. Sic & Homerus, *εν σοι ἰσθ' ἀρχὴν ἡμῶν ἔχομεν*. Horatius, *Prima
dicte mihi, summa dicenda camæna*. *Iussis carmina cepta tuis* Supra. n. dixerat, *Non iniussa cano, At- F
que hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros*. Allegoricis dicit, Debet etiam
carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Nam victores Imperatores, lauro: hedera
coronantur Poetæ. Verecundè autem ait *Serpere*, hoc est humiliter procedere. Alij ideo lau-
ri & hederæ simul mentionem factam accipiunt, quoniam Apollo carminum deus, idem Li-
ber pater putatur. Quidam, sicut dictum est, in Pollionem dictum trahunt, qui tunc Illyricum
petebat expugnaturus Salonas & inde ad orientem ad Antonium profecturus. Lauro autem
trium-

- A** triumphantes coronantur, hederâ poetæ: Pollio & Imperator est & poetâ. Car tamen triumphantes lauro coronantur, hæc ratio est, quoniam apud veteres à laude habuit nomen, nâ laudum dicebant, vel hanc in manu habuit Iuppiter, quando Titanas vicit, vel quod ea arbore Præfæti militum, Fidenatibus victis se coronassent sub Romulo, vel quod semper vireat. Hedera autem ideo coronantur poetæ, quoniam poetæ sæpe vino plurimo manifestum est uti, sicut & de Ennio ait Horatius, & Lyrici omnes in suis carminibus loquuntur, & hæc herba nimium frigida est, & vini calorem temperat, nam ideo & capiti imponitur. Varro ait Liberū patrem propter calorem vini, hederâ coronatum, Idem Varro etiā Musas ait hederâ coronari. *Frigida vix calis noctis decesserat umbra.* Simul atque decesserat. Et bene ostendit amatorem tota nocte vigilasse. Siquidem ortum luciferum primus aspexit: & ad eum, quippe ut ad Veneris stellam, locutus est. *Et eximius autem nox aut umbra pro tenebris posita.* Cum vos gratissimus. Masculini est generis, secundum quod etiā in Æneide ait, Spargit rapida vngula torques sanguineos. *Incumbens propter amorem non se sustinens.* Tereti. Teres est rotundum & oblongum, ut columna, arbor. Alij tereti oliuæ, baculum de oliua accipiunt.

Da. *Nascere, præque diem veniens age Lucifer alnum:*

Coniugis indigno Nisæ deceptus amore

Dum queror: & diuos (quanquam nil testibus illis

Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.

Incipe Menalios mecum mea tibia versus.

- C** *Nascere præque diem,* quia dixerat *Frigida vix cælo n. d. u. id est priusquam nox occidit.* *Præque diem veniens.* ordo est, nascere Lucifer præueniensque diem alnum, Age, sic alibi, *Ducbareque diem.* Et hoc dicit, *Nascere dum queror Coniugis Nisæ indigno amore deceptus, & moriens alloquor diuos: quanquam nihil mihi profuerit quod sum eos sæpe testatus.* *Quam rem secundum Epicureos ait, qui disunt, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.* *Coniugis autem non quæ erat, sed quæ fore sperabatur.* Sic in quarto Æneidos, *Quos ego sum toties iam designata maritos.* Alij indigno deceptus amore, antiquè dictum accipiunt: indigno pro magno, ut indignas hyemes, vel impari, quia plus amabat, & minus amabatur: deceptus pro captus: Amore, aut in amore, aut ob amorem. *Et diuos quanquam nil testibus illis profeci.* Sic hoc dicit tanquam iusurandum inter eam & Nysam intercessorit. *Extrema moriens tamen alloquor hora.* Id est, paulo post moriturus. Sic in quarto, *Incubuitque thoro, dixitque nouissima verba.* *Incipe Menalios.* Arcadicos. Nam Menalus mons est Arcadiæ. Dicitur autem hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquantulum interponitur versus: sicut intercalares dies & menses vocantur, qui interponuntur, ut ratio lunæ solisque conueniat. Fecit autem hunc versum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in *Pharmaceutria: ὄψε δὲ τὴν τὴν ἡμέραν ἐπιπέσειν δὴ τὴν αὐτῆς.* O turbo maritum meum adducito. sicut hic in sequentibus, *Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin. Mea tibia. Mea musa.*

- E** *Menalus, argutumque nemus pinosque loquentes*
Semper habet: semper pastorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.

Mopso Nisæ datur: quid non speremus amantes?

Iungentur iam gryphes equis: atque sequenti

Cum canibus timidis venient ad pocula dama.

Mopsè nouas incide facer: tibi ducitur uxor.

Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.

Incipe Menalios mecum meatibia versus.

- F** *Menalus.* Ille fons. *Argutumque nemus.* Garrulum, stridulum, ut Forte sub arguta confederat ilice Daphnis. *Pinosque loquentes.* Ideo hoc dicere ausus est, quia dicturus est, *semper pastorum ille audit amores.* Sic etiā in prima ecloga, *Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.* Sic & in Æneide. *Dant sonitum rauci per stagna loquentia cygni.* *Panaque qui primus calamos n. p. i.* Pan Arcadiæ deus est, ut Pan deus Arcadiæ venit, qui fistula canere primus inuenit, quia calamos in usum cantilenæ adducens inertes esse non passus est, id est otiosos.

sine arte: & Non passus inertes, deest esse, *Mopso Nisa datur*. *Honestasuspitudo, pulchra deformi.* A
Quid non speremus amantes Speremus pro timeamus, ut, hunc ego si potui tantum sperare dolo-
 rem, vel quid non speremus peruerli accidere, cum hoc mihi acciderit. Difficile esse putamus,
 qui aliquid amamus, ut ea quæ amamus assequi possimus, *Iungentur iam gryphes equis.* utrum
 idem iugum subibunt, ut dicuntur iungi iumenta: an coitu iungentur? Gryphes autem genus
 ferarum in Hyperboreis nascitur montibus, omni parte leones sunt, alis & facie aequis similes,
 equis vehementer infesti, Apollini consecrati. *Acuque sequenti*, accessu temporum non solum
 pulchra deformibus nubent, sed etiam contrariæ naturæ animalia iungentur. Notandum sa-
 nè æuam hic pro tempore, ut ipse alibi, *Tantum æui longinqua u. m. u.* *In quis longissimo æuo*
plura de bonis falsa in deterius composuit Alias æuam pro annis, ut, vos o quibus integer æui l. a. *Cum*
canibus timidi venient ad pocula damæ, alludit ad personas. Nam Mopsium quasi canem, Nisam B
 quasi dammam vult. Et dammas masculini generis posuit, ut alibi, *Timidi dammæ*, ceruicque
 fugaces. Horatius, *sceminino ait*, *Superigro pauide natarunt æquore dammæ*. Et hoc ne *ipso*
faceret, dicendum timidi dammæ. *Mopsi nonas incide faces*. Quæ solent præire nubentes puel-
 las. Cornearum sanè faces quæ quasi diuissimæ luceant, quas rapiunt tanquam vitæ præsidia.
 Namque hij quæ * sunt periti diuicius feruntur vixisse. Varro in Actiis dicit sponsas faces præi-
 re, quod antea non nisi nocte ducebantur ab sponsis. Quas etiam ideo ait limen non tangere,
 ne à sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem, calcant rem Vestæ, Id est numini castis-
 simo cōsecratam. Dicitur etiam ideo à nouo marito nuces spargi debere, quod proicæ in ter-
 ram tripudium solistimum faciant, quod auspiciam ad reformandam * optimam est: vel ideo C
 à pueris aspergendas nuces cum strepitu & conuicio flagitari, ne quid noua nupta audiat ad-
 uersum, quo dies nuptiarum dirimatur. Quidam putant quod hæc esca ad incitandam vene-
 rem faciat. Sanè fabula de nucis origine talis est: Dion rex Laconiarum fuit, qui habuit uxorem
 Inphiteam Prognai filiam, quæ cum Apollinem summo cultu & reuerentia hospitio recepisset,
 ille remunerari volens circa se hospitium cultum, tribus filiabus eorum, quæ Orphe, Lyco,
 & Carœa appellatæ sunt, diuinationem concessit, adiecto ne proditrices numinum esse vel-
 lent, neve quærerent quod esset nefas scire. Post Liber pater adueniens à Dione vel eius vxore
 receptus hospitio est, qui cum amata à se Carœa coitum miscuit: sed cum inde ægrè Liber
 profectus esset, cogente amoris impatientia denuò ad hospites redit, causam præterdens de-
 dicandi, * sanè quod id rex vouerat, sed Lyco & Orfe intellecto circa sororem Carœam Liberi
 amore, eam custodire cœperunt, ne cum Libero ei esset copia coeundi, quas cum Liber pater D
 moneret, terrereturque ut saltim præcepta Apollinis custodientes pertinacem diligentiam com-
 pesserent, videreturque ab his & sororem æcius custodiri, & suam secretum studiosius inquiri,
 Orphen & Lyco inmissis furoribus ad Taygetam montem raptas in sacra conuertit, Carœam ve-
 rò quam amauerat in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quæ Latine nux dicitur,
 quod postea Diana ita factum Laconas docuit, vnde templum Cæsuratidi Dianæ Laconibus
 consecratum. *Sparge marite nuces*. Idem Varro spargendarum nucum hanè dicit esse rationem,
 ut Iouis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit sicut Iuno. Nam nuces in tute-
 la sunt Iouis. Vnde & iuglandes vocantur, quasi Iouis glandes. Nam illud vulgare est, ideo
 spargi nuces ut rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis pos-
 sit audiri. Modò tamen ideo dicit, *Sparge marite nuces*, ut eum culparet infamiae. Nam merito-
 rij pueri, id est catamiti, quibus licenter vtebantur antiqui, recedentes à turpi seruitio, nuces E
 spargebant, id est ludum pueritiæ: ut significarent se puerilia cuncta iam spernere. Vnde & il-
 lud dictum est, *Tibi ducitur vxor: id est sub tuo nomine aliis ducitur: ut eam non ipsi, sed aliis*
seruituram significet: scilicet eius corruptoris. *Tibi deserit hesperus Oeta* Oeta mons Thessa-
 lia: in quo Hercules exultus est volens, postquam se exuere non potuit tunica Nessi Centauri
 cruore tincta, & post in celum receptus est. De hoc monte stellæ videntur occidere, sicut de
 Ida natiui, iamque iugis summæ surgebat lucifer Idæ. Et hoc dicit, tibi Hesperus deserit, ti-
 bi, id est per te nox aduenit. In eodem monte Hesperus colli dicitur, qui hymeneum specio-
 sum puerum amasse dicitur, qui hymeneus fertur in nuptiis Ariadnes, & Liberi patris vocem F
 perdidisse cantando, ex cuius nomine nuptiæ dicte sunt.

O digno coniuncta viro, dum despicis omnes:

Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capelle,

Huissu, nque supercilium, promissa quo barba:

Nec curare deum credis mortalia quæquam.

Incipe Mœnades mecum mea tibi versu.

O digno coniuncta viro. Iam insultat puella. Ergo sic pronuntiandum ut habeat contem-
 ptum-

A ptum. Dum despicias omnes. Quoniam ipse despicitur putat omnes despici. *Mea ffsula. Cantilena: Diumque capelle.* Scilicet tibi dum sunt odio. *Hirsutimque supercilium.* Vtrum natura, an quod tibi ita videtur? *Promissaque barba.* Per incultum corporis ostendit fortitudinem suam. *Nec curare deum credis mortalia quonquam.* Superbia tua damnata est turpi marito, dum credis nullum decorum curare mortalia ostendit. * Quam rem secundum Stoicos dixit. Mortalia verò *...

*Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.*

Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus?

Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error:

Incipe Manalios mecum mea tibia versus.

Roscida mala. Marutini roris humore perfusa. Sanè vnde Melus græcè traxerit nomen, fabula talis est: Melus quidam in Delo insula ortus, relicta patria fugit ad insulam Cyprum, in qua eo tempore Cinyras regnabat, habens filium Adonem: hic Melum sociatum Adoni filio iussit esse, cumque cum videret esse indolis bonæ, propinquam suam dicatam & ipsam Veneri, quæ Pelia dicebatur, Melo coniunxit: Ex quibus nascitur Melus, quom propterea quod Venus Adonis amore teneretur, tanquam amati filium inter aras præcepit nutrir. Sed postquam Adonis apri ictu extinctus est, senex Melus cum dolorem mortis Adonis ferre non posset, laqueo se ad arborem suspendens vitam finit, ex cuius nomine Melus appellatus est. Pelia autem concitæ eius in ea arbore se adpendens necata est. Venus misericordia eorum mortis ducta, Adoni luctum continuum præstitit, Melum in pomum sui nominis vertit, Peliam coniugem eius in columbam mutauit: Malum autem puerum qui de Tynyræ genere solus supererat, cum adultum vidisset collecta manu redire ad Delum præcepit. Qui cum ad insulam peruenisset, & rerum esset ibi potitus, Melon condidit ciuitatem: & cum primus oues tonderi, & vestem de lanis fieri instituisset, meruit vt eius nomine oues *μυδα* vocarentur, Græcè enim oues *μυδα* appellantur. *Dux ego vester eram* Aut dux vos præibam, Aut capellas alloquitur. *Cum matre legentem.* Deest pronomen, & ideo vel huius, vel puellæ matrem intelligere possumus. *Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus.* Id est tertiusdecimus. Alter enim de duobus dicimus. Et vult significare iam se vicinum fuisse pubertati, quod de duodecimo anno procedere non potest. Bene cum annis iungit habitum corporis. Nam & in iure pubertas ex vtroque colligitur. *Vt vidi, vt perij* Vnum est temporis, aliud qualitatis. Nam hoc dicit, *Mox vt vidi, quemadmodum vel qualiter perij* vel primum vt postquam, duo sequentia pro admirandi significatione posita sint. *Malus error.* Disinitio amoris. Nam amor errare plerunque compellit.

*Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt.
Incipe Manalios mecum mea tibia versus.*

E *Edum.* Pariunt, vt in septimo. Sub luminis edidit oras. *Nunc scio quid sit amor.* Vel quasi iam iuuenis, vel quasi speratus. Grauior enim amor fit ex despectione, vel ex desperatione. Terentius, *Perij: quanto minus spei est, tanto magis amo.* *Ismarus, aut Rhodope.* Montes sunt asperissimi, Ismaros in Ephyro, Rhodope in Thracia. Et perire vituperat ab origine. Item à gestis, vt, *Sæuus amor docuit.* Nam de exitu circa deum vituperatio non cadit. *Extremi Garamantes.* Populi Africae. *Extremi aulem, sæui,* quasi à consortio humanitatis remoti. vt, *Extremique hominum Motini, Rhenusque bicornis.* *Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.* Id est nihil habentem in se humanitatis. Nam non dicit, non mortalem.

*Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoque mater.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.
Incipe Manalios mecum mea tibia versus.*

F *Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus.* Quasi nouam artem insinua-

uit, & infudit, & fabulam omnibus notam per transitum tetigit. Quis enim ignorat Medeam ab Laone contemptam suos filios peremisse? *Commaculare*. Pollucere. *Crudelis tu quoque mater*. Vitiatur autem optima moderatione. Nam me totum amori imputat, ne defendat patricidam: nec totum matri, ne amorem eximat culpæ: sed & illam quæ paruit, & illum qui coegit, inculcat. Alij hoc loco cum amore matrem Venerem culpam volunt: eam enim crudelem quia permittit, illum autem improbum qui supra modum nocet, ita ut ad patricidia quoque sui violentia plures impulerit. *Improbis ille puer: crudelis tu quoque mater*. Non est superflua hæc verborum iteratio. Nam syllogismus est plenus, qui constat ex propositione, assumptione, & conclusione. Multi sic distinguunt quia & intentio loquentis ab initio sic fuit, ut à seuitia amoris inciperet, in secundo loco accusaret matrem, ita tamen ut criminis eius inuidiam crudelitati amoris adscriberet, & ideo geminandum *illo*, improbus ille puer, crudelis, & distinguendum ita est, crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis, an puer improbus: & distingue & subiunge tu quoque mater.

*Nunc & oues vltro fugiat lupus: aurea dura
Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myrica:
Certe & cyonis vlula: sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in syluis, inter delphinus Arion.
Incipe Manalios mecum mea tibia versus:*

Nunc & oues vltro fugiat lupus. Optat omnia fieri contra naturam: *Aurea* vel speciosa vel matura & aurei coloris, ut scilicet, quia illa pulcherrima turpissimo marito nupsit, quod bene contra naturam videbatur: cum esset ipsa honesta: consequens sit ut sint & alia contra naturam ut fugiat lupus oues, ut ferant quercus aurea mala, & reliqua quæ dicit. *Pinguia electra*. Id est succinæ gemmæ. *Myrica*. Genus arbusculæ vilissimæ humile, quam tramaricem vulgò dicunt. *Certe & cyonis vlula*. Aves vno nomine vocantur, id est à fletu, nominata. Quas vulgò vlucos vocant. *Sit Tityrus Orpheus*. Vilissimus rusticus, Orpheus putetur in syluis, inter delphinus Arion. Hic Arion Lesbicus cytharædus optimus fuit: qui cum à Pyrranto rege Corinthiorum petisset, ut sibi liceret peragere alias ciuitates, permisit ei per multa oppida collectis beneficio cantilenæ opibus, Corinthum petere cœpit, in cuius necem cum nauæ & seruuli coniurassent, Apollo eum in somnis monuit, cytharædi habitu accepto canens cythara ut vitaret insidias, auxilium ei non defuturum promittens, in quem cum coniuratorum manus inuolasset, petit ab eis Arion, ut sibi cythara canere liceret, quod cum ab illis promissum esset, ad eius cantilenam conuenere delphines: Is ubi somnio fidem factam vidit, in mare se præcipitavit, & exceptus ab vno delphine, Athenarum Laconice promontorium prouectus est, ibique ad memoriam casuum suorum in templo Apollinis delphini signum insidentem se cum cythara posuit: Ex inde Corinthum petit, & vniuersa narrauit: In tempore autem hoc etiam nauis, in qua nauigauerat cum insidiatoribus superuenit, quos cum Rex de Arione requisisset, illi eum mortuum mentirentur. * produci Arionem iussit adfigi, sed Apollo tam delphinum quam cytharam ob amorem Arionis inter sydera collocauit. *Delphinus, nas* ideo brevis est, quia græca declinatio est, sicut Arcadas accensos monitu. Nam omnia græca nomina quæ nominatiuo plurali *Es* terminant, ut Arcades, Naiades, delphines, accusatiuum pluralem corripiunt.

*Omnia vel medium fiant mare: vinite sylua:
Præceptis aeris specula de montis in undas
Deserat: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Manalios, iam desine tibia versus.*

Omnia vel medium fiat mare Medium fiat, id est, ut nihil sit nisi mare, hoc est diluuium fiat medium: optat enim confusionem elementorum *Vinite sylua*, valete. non enim bene optantis est, sed renuntiantis. *Præceptis a. f. d. m. i. u. d.* Quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leucaten soliti erant se præcipitare, quia aut suos parentes inuenire cupiebant, aut amari ab his desiderabant quos amabant. *Extremum hoc munus morientis habeto*. Id est mortis in inuidiam tuam. Nam amare ait *Munus*. Sic Mezentius, Et hæc tibi porto Dona prius: vel extremum hoc munus mecum habeto quod morior.

*Hæc Damon, vos, quæ responderit Alphesibœus
Dicite Pierides: non omnia possumus, omnes.*

Hæc Damon. Deest dixit, *Dicite Pierides*. Bene animos erigit auditorum: dicendo. Superiora utcunque dicta sunt, sequentia, non nisi à numinibus poterunt explicari. Sanè ita debemus accipere

A ciperet pastores hos referre, quid aliquando in Arcadia audierint. Vnde & superius ait, *Incipe Menalios mecum mea tibia versus. Id est Arcadicos. Non omnia possunt omnes. Sic Cicero, Vnum sustinere vix pauci possunt. vtrunque nemo.*

Al. *Effer aquam: & molli cinge hac altaria vitta:
Verbenasque adole pingues, & mascula thura,
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

B *Effer aquam.* Hic inducit mulierem sacris quibusdam peruerterentem mentem amatoris à quo spernebatur. *Molli vitta.* Lanæ scilicet. *Verbenasque.* verbenæ dicuntur virgulta quæ semper virent iocundi odoris. Alij verbenas virgulta religioni apta. Alij propriè oliuarum ramos. nam ideo & pingues ait, quamuis hoc & de palma & de lauro dici possit. Alij rorem marinum dicunt, omnia tamè hæc à viriditate, verbenæ appellantur. *Adole.* Incende, sed *adole* dicitur dicitur, nam adole est auge. *Pingues,* florentes, virentes. *Mascula thura,* quæ in modum testiculorum sunt. *Coniugis.* Apud Theocritum non coniugis, sed alieni adulescentuli persona subest, sicut supra dictum est. *Sanos sensus.* Qui modo sani sunt, id est Non amantes. Vnde è contra amantes insanos vocamus. *Magicis sacris,* quibus alienantur animi quadam violentiâ, ab his qui eorum vsum habent. *Auertere autem,* à sanitate mutare aut auertere ait, peruertere, vt sit mutata præpositio, aut certè in me conuertere. *Experiar.* Coner, probem, incipiam. *Sensus,* hoc est animum ex quo sensus nostri sunt cerebri. *Nihil hic.* Figuratum est hic *Desunt* quia absunt. *Nihil hic nisi carmina desunt,* tanquam omnibus quæ imperauerat paratis carmina sola deesse dicit, nam hoc sequitur, *Ducite ab vrbe domum mea carmina, Ducite* pro adducite. *Daphnin.* Hunc Daphnin pulcherrimum inter pastores, & ephëbum & ab omnibus amatum fœminis, sicut supra dictum est, multi scriptores adserunt, cuius mentionem Virgilius peritus antiquitatis, non in cassum locis plurimis facit. Hunc igitur cum nympha Nomia amaret, & ille eam sperneret,

C & Chimeram potiùs sequeretur, ab irata nympha amatrice luminibus orbatus est, deinde in lapidem versus: nam apud Cephæditanum oppidum saxum dicitur esse, quod formam hominis ostendat. Alij hunc Daphnin Pipleam amasse dicunt, quam cum à prædonibus raptam Daphnis per totum orbem quæsisset, inuenissetque in Phrygia apud Lyciersem regem seruientem, qui hæc lege in aduenas sæuiebat, vt cum multas segetes haberet, peregrinos aduenientes secum metere faceret, victosque iuberet occidi. Sed Hercules miseratus Daphnidis, venit ad regem, & audita conditione certaminis, falcem ad metendum accepit, eaque regi caput amputauit: Ita Daphnen à periculo liberauit, & ei Pipleam, quam alij Italiam dicunt, reddidit, quibus dotis nomine aulam quoque regiam condonauit, ferali sopito metendi carmine.

*Carmina vel celo possunt deducere Lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Ulyssis:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

E *Carmina vel celo possunt deducere Lunam.* Vel, id est etiam: vt, Vel Priamo miseranda manus. Est autem argumentum à maiore ad minus. Si hæc possunt facere carmina: cur non etiam facilia impleantur? quid enim facilius quam vt Daphnis ex vrbe rus redeat, vt ciuitatem deserat rusticus? Et bene potentiam carminum narrat, quæ pro ea vel fieri possint, vel facta sint. *Frigidus.* Nocens: vt, Frigida Saturni sese quo stella receperet. *Cantando.* Dum ei incantatur. Nam gerundius modus ab omni verbo similiter procreatur. Vnde modò. *Cantando* à passiuo ait: cum supra actiuo dixerit: vt, Cantando tu illum? Tale est illud in Salustio, *Cum ipse ad imperandum Tifidum vocaretur.* Id est, ei imperaretur. Sanè veteres cantare de magico carmine dicebant, vnde & excantare, est magicis carminibus obligare: Plautus in Bacchidibus, Nam tu quidem cuius excantare cor facile potes.

*Terna tibi hac primum triplici diuersa colore
Licia circundo: terque hac altaria circum
Effigiem duco: numero deus impari gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina: ducite Daphnin.*

F *Terna. tria. Licia circundo.* Id est, tria alba, tria rosea, & tria nigra circundo, & bene

virut licitis, quæ ita stamen implicant, vt hæc adulescentis mentem implicare contendit. Effigiem duco, vt Effigiemque choro locat, haud ignara futuri. Hoc faciunt malefici, hoc est effigiem amatoris circumferunt, vnam ex limo, aliam ex luto, tertiam ex cera. Numero deus impari gaudet. Aut quemcunque superiorum, iuxta Pithagoreos, qui ternarium numerum perfectum summo deo assignant, a quo initium, & medium, & finis est, aut reuera Hecaten dicit: cuius triplex potestas esse perhibetur. Vnde est, Tria virginis ora Dianæ, quamuis omnium prope deorum potestas triplici signo ostendatur, vt Iouis trifidum fulmen, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps. Apollo idem sol, idem Liber, vel quod omnia ternario numero continentur, vt Parca: Furia, Hercules etiam trinoctio conceptus. Musæ ternæ: aut impari quemadmodumcumque: nam septem cordæ, septem planetæ, septem dies nominibus deorum, septem stelle in Septentrione, & multa his similia: & impar numerus immortalis, quia diuidi integer non potest, par numerus mortalis, quia diuidi potest, licet Varro dicat Pithagoreos putare impari numerum habere finem, parem esse infinitum, ideo medendi causa multarumque rerum impares numeros seruari, *Impari* autem propter metrum ait, Nam ab hoc impari dicimus.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:

Necte Amarylli modo: & Veneris, dic, vincula necto.

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Necte, coniunge, vt ita implicetur mens amatoris, sicut implicantur & connectuntur illi colores inuicem. *Tribus nodis*. Ternos lanæ colores. *Amarylli*. Hæc Amarylla eius est quam Græci *αμυλλο* dicunt. *Veneris, dic, vincula necto*. Anapesticus est trimeter hypercatalectus. Hoc autem metrum est Cupidini consecratum.

Limus vt hic durefcit, & hæc vt cera liquefcit,

Vno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore,

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros,

Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Limus vt hic durefcit. Si de limo facit, Daphnidem de cera. Fecerat illa duas imagines, alteram ex limo, qui ex igne fit durior: alteram ex cera quæ igne soluitur: vt videlicet mens amatoris ita durefceret ad illam, quam tunc amabat: omnesque alias, sicut ad ignem limus: & ad se ita molliretur & solueretur amore, vt cera ad ignem liquefcit. *Sic nostro Daphnis amore durefcit & liquefcit*: vt scilicet quam appetit deserens, me potius amet. *Sparge molam*. Far & sale. Hoc nomen de sacris tractum est, far enim pium, id est mola casta, salsa (vtrumque enim idem significat.) Ita siu virginis Vestales tres maximæ ex nonis Maijs ad pridie Idus Maias, alternis diebus spicas adreas in cornibus mestuarijs ponunt, easque spicas ipsæ virginis torrent, pindunt, molunt, atque ita molitum condunt. Et eo farre virginis ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus adiecto sale cocto, & sale duro. Igitur quod in sacris mola casta dicitur, ideo Virgilius in quinto Æneidis *farre pio* enuntiauit: quid enim est pium nisi castum? quoniam piare est propitiare, quod accidere non potest nisi castè inferuitum erit rebus sacris: Hic autem dicendo asperge molam, rem ipsam proprio nomine memorauit, vnde in secundo Æneidis, & falsæ fruges, & in quarto ipsam molam. *Incende bitumine lauros*. Id est lauros diuino igne consume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hæc re lacus redundant: adeo vt inde fabricent muros. Et bene quod, conglutinat & ardet, ad beneficium adsumitur, vt glutinetur & ardeat ad amorem maritus. *In Daphnide laurum*. Aut Archaismos est, pro in Daphnideni: aut intelligamus supra Daphnidis effigiem eam laurum incendere, propter similitudinem nominis.

Talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuuenicum

Per nemora, atque altis querendo bucula lucos,

Propter aque riuum viridi procumbit in vlua

Perdita, nec fera meminit decedere nocti:

Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

- A *Bucula*. Bous est diminutio. Sanè *Bos* anomalum nomen est. Nam hic bos, & ð bos producit: sicut his bubus, & ab his bubus. Nam reliqui omnes casus breues habent syllabam primam. *Propter luxta. Perdiã*. Amore consumpta. *Serã meminit decedere nocti*. Id est tenebrã illam occupant. *Nec sis mihi cura mederi*. Aut nolim ei magicis artibus subuenire: aut nolim cum ipso concumbere. ab utroque enim medicina amantibus venit, & mederi pro medendi.

*Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara sui: quæ nunc ego limite in ipso
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

- B *Perfidus*. Nunc scilicet perfidus. *Limine in ipso*. In loco sacro, sicut supra diximus, *Vestæ*. Nam Terra ipsa dicitur, quæ & *Vesta*. Beneficium autem ita administratur, vt in limine ponantur eius exuuiæ, cui beneficium fit.

*Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.
His ego sepe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sepe animas imis excire sepulchris,
Atque satas aliò vidi traducere messes.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

- C *Pomo*. in Ponto, & modo prouinciam dicit hoc nomine, non mare. *Mihi lecta*. Ordo est mihi dedit, non, mihi lecta. *His ego sepe lupum fieri*. Est enim opinio quosdam homines artibus quibusdam in lupos mutari. *Syluis*, pro in syluis. *Atque satas aliò vidi traducere messes*. Magicis quibusdam artibus hoc fiebat. Vnde est in xi r. tabulis, *Nè ue alienam segetem pellexeris*. quod & Varro & multi scriptores fieri deprehensum animaduertunt.

- D *Per cineres Amarylli foras: riuòque fluenti,
Trãsque caput iace: ne respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

Ne respexeris. Nolunt enim se videri numina, nisi ex necessitate nimia. Vnde pro miraculo dictum est, *Alma parens confessa deam*. quod non faceret, nisi in periculo filij. *Nihil ille deos, nil carmina curat*. Satis est quòd putat artem magicam nil valere. *Quidam sic intelligunt*, quamuis ille hæc omnia contemnat.

- E *Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror: cinis ipse: bonum fit.
Nescio quid certè est: & Hylax in limine latrat.
Credimus: an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab urbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.*

- Aspice*. Hoc ab alia dici debet. *Corripuit tremulis altaria*. Tremulis crispantibus: altaria autem dicuntur, & quæ continent & quæ continentur ab eis, nunc verò, ipsa, quæ ponuntur. *Sponte sua*, sine igne subito ex ipsis cineribus flamma emerit. Hoc vxori Ciceronis dicitur contigisse: cum peracto sacrificio libare vellet, in cinerem ex ipso cinere flamma surrexit, quæ flamma eodem anno Consulem futurum ostendit eius maritum: sicut Cicero in suo testatur poemate. *Bonum fit*. Ideo optat, vt hoc signum bonum sit: quia ignis medius est, & qui possit etiam nocere. *Nescio quid certè est*. Hoc non iungendum superiori, est enim aliud prodigium. *In limine latrat*. In loco vbi amati vestes obruerat, canis enim latratus præ gaudio, domini demonstrat aduentum. *Ipsi sibi somnia fingunt*. Omnia quæ supra dixerat de arte magica, destruit dicendo, hæc vera desiderantibus tantum videri: quod per prouerbum est locutus.

ECLOGA IX. MOERIS.

LYCIDAS.

MOERIS.

Ly.
Mo.

Vote Mœri pedes? an, quò via ducit, in urbem?
O Lycida vni peruenimus, aduena nostri
(Quod nunquam veriti sumus) ut possessor agelli
Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrare coloni.
Nunc victi tristes: quoniam fors omnia versat:
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.

QVò te Mœri pedes? An quò via ducit, in urbem. Hæc Ecloga dramatico caractere scripta est. Inducuntur enim duo pastores cœna * in agro Mantuano, & hæc Ecloga continuum, vt Seruius dicit, non habet carmen, sed de diuersis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. Sanè hoc continet, Virgilius postquam penè occisus est ab Ario centurione, Romam reuertens, mandauit procuratoribus suis vt agros suos tuerentur & ad præsens obsequerentur Ario. Ergo modò Mœris procurator eius, secundum præceptum patroni portat hædos Mantuam: quos Ario offerat. Sequitur alter pastor, & eum quò pergat interrogat: ille dicit suas miseras: & hinc iam variaz præstat occasio cantilenæ. Quò te Mœri pedes? Subaudis, ducunt & Zeugma à posterioribus. Quidam hunc ordinem tradunt, Quò te Mœri pedes? an in urbem? quò ista via ducit. Sanè alij ordinem huius Eclogæ ita exponunt, cum immunitatem agrorum Virgilius impetrasset, lis est exorta de finibus inter eum & eos qui in proximo agros acceperant, ex quibus Clodius quidam dixit se omnem litem amputaturum interfecto Virgilio, quem poeta stricto gladio se insequentem fugit in tabernam carbonariam, & beneficio inuitoris ex alia parte emissus, seruatus est. Inducitur ergo Mœris familiaris Virgilij referens Lycidæ periculum suum, & Menalcæ, quem nunc pro Virgilio debemus accipere. *Vni peruenimus*. Id est diu uiuendo ad ista peruenimus. Et ostendit plerumque obesse hominibus vitæ longinquitatem, quæ interdum causa miseriarum est. Sensus autem talis est, vsque eo nos vita longa produxit, vt audiremus dicentem migrare, hæc mea sunt. Interpositum sanè est quod nunquam veriti sumus. *Aduena nostri*, qui aduenerit in nostros agros, & aut Clodium, aut Arium significat. *Quod nunquam veriti sumus*. Quia inopinata grauiora sunt mala. Vnde ait Dido, Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero. *Nunc victi*. Id est impotes. Nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt: sic victos è contrario vocamus impotes, qui non possunt facere quod volunt. Caterum quomodo victi sunt Mantuani, qui nec bella gesserunt. Et *Tristes* ideo quia dixit, *Nunc victi fors omnia versat*. Id est quæ instabilis est, & nisi hoc ad personam rusticam redigas, asperè contra Augustum dictum est: cuius sclicitatem, sicut omnia, dicit posse mutari. *Illi*. Id est Ario centurioni. *Quod nec bene vertat*. Quæ res in perniciem vertatur eius, id est malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc est ab Hectore & Aiace. Nam Hector dedit Aiaci gladium: quo se Ajax postea interemit. Hector verò baltheum accepit ab Aiace: quo circa muros patriæ tractus est. Postea inde & illud comicum natum est, Dij bene vortant quod agas. Plerumque enim bona in peius: mala mutantur in melius.

Ly. Certè equidem audieram, quæ se subducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vsq; ad aquam, & veteris iam fracta cacumina sagi:
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.

Mo. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quod nisi me quacunque nouas incidere lites
Antè sinistra caua mouisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec videret ipse Menalcas.

Suban-

- A *Subducere clius. Cicero, Ex alto in campos dissolui. Alij sursum ducere intelligunt. Alij medium clium accipiunt, ex quo superior pars subducitur in collem surgentem, inferior in subiectam planiciem molliter deponatur * : usque ad eum autem locum perticam militarem Hostauius Musca porrexerat limitator ab Augusto datus, id est, per quindecim millia passuum agri Mantuani, cum Cremonensis non sufficeret, offensus à Mantuanis, quòd pecora eius in agro publico aliquando clausissent. Alij subducere pro desinere accipiunt, nam permansit dicendo dimittere iugum, quasi hoc colles faciant quòd illis accidit per naturam. Alij agrum suum volunt descripsisse Virgilium, ut ostenderet ex utraque parte esse cliuosum, ut cum ab vna parte ad cacumen ascendens, ab alia usque ad aquam descendas Et quidam tales agros lapidosos dicunt, sicut ipse de suo ait, Et tibi magna satis quamuis lapis omnia nudus. *Vsque ad aquam. Minicij fluminis scilicet. Omnia. Quae supra dixit. Intelligamus autem, aut Virgilij tantum agrum: aut totius Mantuae situm esse descriptum. Quod alij dicunt Virgilium ostendere voluisse, quòd Mantuanis per iniquitatem Alpheni Vari qui agros diuisit, prater palustria nihil relictum sit, sicut ex oratione Cornelij in Alphenum ostenditur, cum iussus tria millia passus à muro in diuersa relinquere, ut octingentos passus aquae, quae circumdata est: ad me ueris relinquisset. * Seruasse, Recuperasse. Omnia carminibus uostrum seruasse Menalcam. Id est uestrum Virgilium, cuius causa agri Mantuanis redditi sunt. Audieras & fama fuit. Beneuolentiam quidem Augusti, etiam fama uulgauit: sed eam belli Actiaci necessitas impediuit Sed carmina tantum, nostra ualent Lycida uela inter maria. Hoc etiam Cicero ait in Miloniana, Silent enim leges inter arma. Sensus tamen est, sed uidel cet hoc tempore, id est, in hoc bello, poemata nostra, non ualde admittuntur, carmina autem nonnulli, quibus sibi Pollionem intercessorem apud Augustum conciliauerat, accipiunt, quo fugato, rursus de praedijs suis fuerat Virgilius expulsus. Chaonias dicunt *Aquila ueniente columbas. Minora enim auguria maioribus cedunt, nec ullarum sunt uirum: licet priora sint. Chaonias autem Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuisse: in quo responsa dabant columbae. quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Peliades & Columbae, & uaticinatrices uocantur, Herodotus hanc columbam de Aegypto uenisse ait. Quacumque. Subaudi ratione Et bene augurij peritiam dat ei de quo supra ait, His ego saepe lupum fieri, & se condere syluis Meirim, saepe animas imis excire sepulchris &c. *Nonas lites, Magnas, id est militaria iurgia. Incidere, pro decidere. Ante sinistra causa monuisset ab ilice cornix. Ante sinistra in diuisis legendum, & dicendo monuisse, oscinem fuisse demonstrata. Sanè hoc ad auguralem pertinet disciplinam.****
- D Augures enim designant spatia lituo: & eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, posterior postica: ut est dextra & sinistra Modo ergo cornicem de nulla harum parte uenisse dicit, sed ab antica ad sinistram partem uolasse: & in caua ilice confedisit: quae res agrorum damnum significat. Ilex enim, glandifera arbor est: quae quoniam uitiosa est, uitium possessionis ostendit fore per milites clamore gaudentes & litibus, sicut cornix. Nam haec auis & clamore latatur: & alias frequenter inuadit. Hoc ergo nunc dicit, augurio se esse admonitum ut abstineret ab occurru litigiosi militis, qui retenturus fuerat possessionem. *Tuus Maris. Id est, Tuus amicus. Ipse Menalcas, pro Virgilio, qui dum agros suos defendit, penè occisus est.*

- E *Ly. Heu cadit in quenquam tantum scelus? heu tua nobis Penè simul tecum solatia raptia Menalca? Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra? Vel qua sublegi tacuit tibi carmina nuper, Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras. Tui re, dum redeo (breuis est uia) pasce capellas: Et potum pastas age Tui re: & inter agendum Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.*
- F *Mce. Immo haec, qua Varo nec dum perfecta canebat. Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis: Mantua uae misera nimum uicina Cremona) Cantantes sublime ferent ad sidera cyeni.*

Heu calis in quenquam tantum scelus? Postquam audiuit occidi potuisse Virgilium, quasi obstruit, & hoc generaliter dicit Potest in quenquam tantum nefas uenire, ut Virgilium necare contendant? Penè simul tecum solatia raptia Menalca? Cum suis enim solatijs perit poeta, qui necdum edij carminibus moritur. Virgilius autem illo tempore nondum aliquid scripserat.

Et dicendo *Solatia* latenter tempora carpit Augusti, quibus carmina non oblectamento fuerant, sed solatio: quod infelicitium esse consuevit. vel tua solatia, tua carmina quibus consolamur. *Quis humum florentibus herbis.* Sic est dictum, ut, tunc Phaetontidas musco circumdat amara Corticis, atque solo proceras erigit alnos. *Spargeret.* Id est aspersam floribus caneret. *Fons induceret umbra.* Tegeret, cooperiret. *Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper.* Subaudiendum ne sciente te sublegi, intercepti, & bene rustica affectione reminisci se illorum carminum fingit, quae aliquando Virgilio, licet invito Romam eunti abstulerat, nam *Sublegi* est furatus sum. Inde & sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est furatur. Plautus in milite, *Qua etiam nostrum hunc sermonem subdelegeras.* *Delicias nostras.* Id est communem amicam. *Tityre, dum redeo* (brevis est via) *passa capellas.* Theocriti sunt versus, ad verbum translati: sed tamen Virgilij negotium continent, nam allegoricis imperat suis, ut rem tueantur: nec tamen audeant contra Arij praecipitum venire. Sed hoc aut de ipso Virgilij carmine Lycidas reulit, aut, ut alij putant, conuersus ad gregalem suum Tityrum dicit. Et bene dum promittunt se cantaturos, nihilominus dicunt. Sanè quaeritur utrum in his tribus versibus perfectum carmen sit, an initium alterius carminis imperfecti *τίτις ἔμει τό γε λῆν πριλαβήσῃς ὁμοίως τὰς ἀγρὰς ἢ ποτὶ τὰς ἀγρὰς ἀγὸ τίτις, ἢ τὸν ἀγρὰς, τὴν λισκὸν κῆρυκα φυλάσσει μὴ τὸ κερύειν.* *Inter agendum.* Dum agis. Et honesta locutio est, si dicamus inter cœnandum hoc sum locutus. Afranius, *Inter loquendum:* Ennius, *Inter ponendum* *Occurrere capro.* Ordo, occurrere capro caueo. *Immo, pro, vel. Nec dum perfecta.* Nimia familiaritatis est signum, quod ei recitabat carmen, necdum ad limam redactum. Dicit autem carmen quod quasi cœperat in honorem Vari componere: & per transitum ponit diuersa scœda. *Vare inuim nomen.* Ordo est, Vare tuum nomen sublime ferent ad sidera. *Superes modo Mantua nobis.* Super sit, reddatur. Et hoc dicit, Si nobis Mantua fuerit reddita, faciam ut te celebrent omnes poetae. Et bene affectuosè, de patria, quasi dubium an superfutura sit. *Mantua vae misere nimium vicina Cremona.* Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem: quibus sola obfuit vicinitas Cremonensium. Nam Cassij Bruti & Antonij copias Cremonenses susceperant: quos etiam ipsos bene excusat, dicens miseræ Cremonæ, quæ etiam si vellet, minimè tamen tantis copiis posset resistere. *Nimium autem Vicina.* Id est vsque ad periculum. Nam ortis bellis ciuilibus inter Antonium & Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis, qui cum non suffecissent, his addidit agros Mantuanos, non propter ciuium culpam, sed propter vicinitatem. *Cantantes Cygni.* Id est poetae. sic Horatius de Pindato, *Multa Dyrceum leuas aura cygnum.* Sanè blanditur Alfeno Varo, qui Pollione fugato, legatus Transpadanis præpositus est ab Augusto.

*Ly. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos:
Sic cytho pasta distentent vbera vacca.
Incipe, siquid habes: & me fecere poetam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoque dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.*

*Mœ. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto,
Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea: quis est nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum: varios hic flumina circum
Fundit humus flores, hic candida populus amro
Imminet, & lenta texunt umbracula vites.
Huc ades: insani seriant sine littora fluctus.*

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. Taxus venenata arbor est, quæ abundat in Corsica: hæc autem insula Græcè dicitur à Cyro Herculis filio. Vnde fecit hæc deriuationem *Cyrneas taxos*, id est Corsicaas: quibus pasta apes, mella amarissima faciunt: *Distentent vbera.* Plurimum lactis reportent. *Me quoque dicunt vatem pastores.* Magna verecundia suum meritum extenuat. Nec enim ait probant, sed dicunt: nec docti, sed pastores: quibus tamen ipse non credo. *Varo videor.* Varus poeta fuit: de hoc Horatius, *Varus auctis molle atque facetum.* Item, *Scriberis Varo fortis, & hostium Victor.* Nom Varus dux fuit, cui

- A** cui supra blanditur. Qui nonnulla carmina scripsit. Nonnulli sanè Alfenum Varum volunt, qui licet Iuris consultus & successor Serui Sulpicii esset, etiam carmina aliqua composuisse dicitur, sed hoc teste Horatio falsum est, qui Varum poetam laudat. *Nec dicere Cinna digna.* Etiam Cinna poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam: quem libellum decem annis elimauit, quibus tamen Poetis negat suum ingenium comparandum. *Sed argutos inter strepere anser olores.* Argutos canoros: vt, Forte sub arguta confederat ilicè cornix. Et aliud ad Anserem quendam Antonij Poetam, qui eius laudes scribebat: quem ob hoc per transitum carpsit. De hoc etiam Cicero in Philippicis dicit, *Ex agro Falerno anseres depelluntur.* ipsum enim agrum ei donarat Antonius. Et bene illos Poetas optimos Cinnas dicit, se anserem rudem & leuis ingenij, nec debere aut posse se illos imitari. *Inter strepere.* Sanè potest & compositè, & separatim proferri.
- B** *Idem quidem ago.* Id est vt carmen in memoriam possit redire. *Si valeam meminisse.* Vt etiam in *Æneide* diximus, ideo ista iunxit tempora, quia defectiuum est verbum meminisse. *Valeam autem,* si possim, vt in *Æneide*, quæ plurima fando Enumerare vales. *Huc ades ô Galatea.* Theocriti versus sunt *ἔτι δὲ τοῖς γαλατῆσσι ἰὲν ἰδὲ τοῖς γαλατῆσσι*, quibus inducit Cyclopem visum, cum in scopulo sedens, amicam suam Galateam de fluctibus inuitaret ad terras. Cyclops enim dicitur Nympham amasse Galateam: quæ cum Acin quendam pastorem amaret, & Polyphemum sperneret: ille iratus Acin necauit: qui postea Galatæa miseratione in fontem mutatus est: qui hodiè que ab Acine Acinius dicitur ab illius nominis deriuatione. *Est nam ludus in vndis? Ludus voluptas,* & ad maiorem terrarum laudem dicit nullam esse in mari voluptatem. nam hæc est plena laus quæ etiam contrariarum rerum continet vituperationem, & suas laudes ex sequentibus rebus dicit. *Lenæ flexibiles. Vmbra culæ.* Cicero, vmbra culis que syluestribus. *In anis fuctus.* Id est magni: vt, quid tantum infano iuuat indulgere labori.

*Ly. Quid: quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.*

Mæ. *Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:*

*Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vna colorem.*

- D** *Inserè Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.
Omnia fert atas, animum quoque: sape ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mærin
Iam fugit ipsa: lupi Mærin videre priores.
Sed tamen ista satis, referet tibi sape Menalcas.*

- E** *Pura sub nocte Serena. Numeros memini.* Metra vel rhythmos, vel certè numeros versuum. *Si verba tenerem* hoc est, carmen non teneo. *Daphni, quid antiquos* pro antiquorum. *Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus?* *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.* Cum Augustus Cæsar patri ludos funebres celebraret, die medio stella apparuit: ille eam confirmavit parentis sui esse. Vnde sunt versus isti compositi. *Dionæi* autem, longè repetitum est, à matre Veneris Dionæ. Sanè astrum græcè dixit: nam stellam debuit dicere Bæbius Macer circa horam octauam stellam amplissimam quasi * lemniscatis coronatam ortam dicit, quam quidam ad inlustrandam gloriam Cæsaris iuuenis pertinere existimabant. Ipse animam patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam, super caput auream stellam habèntem, posuit: Inscriptum in basi fuit, *Cæsari Emisæo.* Sed Vulcanius aruspex in concionem dixit cometen esse, qui significaret exitum noui seculi, & ingressum decim: sed quod inuitis Diis secreta rerum pronunciarer, statim se esse moriturum, & nondum finita oratione in ipsa concione concidit. Hoc etiam Augustus in libro secundo memoria vite suæ complexus est, & hæc Mæris non vt sua, sed Virgilij refert, in honorem Augusti composita. *Quo segetes gauderent frugibus.* Ad mensem alludit, Julium qui dictus est in honorem Cæsaris: quo & vix & frumenta maturescunt. *Inserè Daphni pyros.* Hoc in gratiam Augusti, per cuius beneficium securus de agris suis est. *Carpent tua poma nepotes.* Ac si diceret, Nihil est quod possis timere, nam illud respicit quod supra inuicem erat. *Inserè nunc Melibæe pyros, pone ordine vites.* Ire meæ quondam felix pecus, ite cape hæc. *Nô ego vos post hæc viridi proiectus in antro Dumosa de rupe procul pendere videbo Omnia fere atas.* Id est aufert, nam intelligimus eum subito obticuisse, nec quod caperet, implere potuisse.

*Animum quoque. Etiam memoriam. Longos soles. Id est æstiuos dies finire: vt, Treis adeo incertos A
cæca caligine soles. Condere, Finire, vltque ad occasum ducere. Nunc oblita Aut omiffa, vel figu-
ratè quorum ego oblitus sum: Et ostendit Mærin nullum suum, sed omnia Menalcæ carmina
retulisse: Vox quoque Mærin iam fugit ipsa. His versibus ostendit vigorem cantandi, quem prius
habuerat, perdidisse, & per allegoriam obfessum malis animum demonstrat. Lupi Mærin vide-
re priores. Hoc etiam Physici confirmant: quod vox detrahitur ei quem primum viderit lupus.
Vnde etiam prouerbium hoc natum est, Lupus est in fabula: quotiens superuenit ille de quo
loquimur, & nobis sua prudentia amputat facultatem loquendi. Satis referes tibi sepe Menal-
cæ. Ordo est, satis sepe.*

Li. *Causando nostros in longum ducis amores:
Et nunc omne tibi stratum silet equor, & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris aure.
Hinc adeo media est nobis via: namque sepulchrum
Incipit apparere Bianoris: hic ubi densas
Agricola stringunt frondes. hic Mæri canamus:
Hic hœdos depone: tamen veniemus in urbem.
Aut, si nox pluuiam ne colligat antè, veremur:
Cantantes licet vsque (minus via ledet) eamus.
Cantantes, vi eamus, ego hoc te fasce leuabo.*

Mcc. *Desine plura puer, & quod nunc instat, agamus.
Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.*

*Causando nostros in longum ducis amores. Causas neſtendo, differs nostra desideria. Tibi silet æ-
quor. In tuam gratiam Et hoc dicit, Vt possis canere, cuncta siluerunt. Aequor. Spatium campi.
Aspice ventosi ceciderunt murmuris aure. Frondes scilicet arborum, ostendens vel ipsas auras
que uisſe, quibus nihil omnino moueatur. Quod quidem ex Theocrito sumptum est. τὰ βλά-
κωνὰ κίματα τὰ παύει τὸ θυγὰ καὶ ἀλάττωτα. Bianoris. Hic est qui & Hocnus dictus est: de quo ait in deci-
mo, Fatidicæ Mantus & Thulci filius Amnis. Conditor Mantuæ, dictus Bianor autem est: qua-
si animo & corpore fortissimus, καὶ τὰς κλάς ἐξ ἀσπίδος. Stringunt frondes. Amputant, decutiunt. Ipse
in Georgicis, Sed tamen & quernas glandes tunc stringere. Tamen veniemus in urbem. Etiam
si paululum quiescentes dederimus operam cantilenæ, & deest hodie. Nox pluuiam ne colligat
antè, veremur. Aër enim aut cum ortu solis, aut cum occasu mutatur frequenter: quod Æneide
etiam sæpius indicatur. Vsque eamus. Iugiter eamus, sed Cantantes: ita enim minorem itineris
sentiemus laborem. Hoc te fasce leuabo. Si cantantes ierimus, hœdorum te onere ipse releuabo.
Nam fascem ait onus. Sic in Georgicis, Iniusto sub fasce viam dum carpit. Desine plura puer. Ac
si diceret, Nimij desiderij es. Et plura, deest dicere, vt esset, desine plura dicere. Quod nunc instat
agamus. Nos Centurionem placemus: nam cantare otiosorum est. Cum venerit ipse. Vel Virgilius
cuius aduentu sperabat securitatem: vel ipse Augustus, qui Actiacis bellis fuerat occupatus.*

ECLOGA X. GALLVS.

POETA.



*Xtremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, sed qua legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda, neget quis carmina Gallo?
Sic tibi cum fluctus subterlabère Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent sine virgulta capella.
Non canimus surdis: respondent omnia fluvæ.*

Gallus.

- A** Gallus. Hic est Caius Asinius Gallus orator, Asinij Pollionis filius, qui ante omnes primus Aegypti praefectus, fuit eximius poeta: nam & Euphorionem (vt supra diximus) transtulit in latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride libros scripsit quatuor. Hic primum in amicis Augusti Caesaris fuit: postea cum venisset in suspicionem, quod contra eum coniuraret, occisus est. Fuit autem amicus Virgilij, adeo vt quartus Georgicorum a medio vsque ad finem eius laudes teneret, quas postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutauit. Hic autem Gallus amavit Cytheridem meretricem libertam Volumnij, quae eo spreto, euntem Antonium ad Gallias est secuta: propter quod dolens Galli nunc videtur consolari Virgilius. Nec nos debet mouere, quod cum mutauerit partem quarti Georgicorum, hanc eclogam sic reliquit. Nam licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio est. nam & in Gallo impatientia turpis amoris ostenditur: & aperte hic Antonius capitur inimicus Augusti, quem contra Romanum morem Cytheris est in castra comitata. *Extremum laborem*. Non quod mihi laboriosum est (nam scribere, apud poetas ludus est. vt, Et ipsum Ludere quae vellem calamo permisit agresti) sed rem tibi laboriosam, scilicet vt Nympha virginitate gaudens praestes de amoribus cantilnam. Vnde & rogat dicens, *Concede*. Et verecunde pauca postulat, & eam adiurat etiam. *Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos*. Per Arethufam autem Musam Siculam, id est bucolicum Theocritum inuocat carmen. Sanè Arethusa secundum latinam in penultima habet accentum: secundum rationem graecam, in tertia a fine, sic vt *Cressa*, & *Creusa*. *Pastor comes Gallo*. Non ad caeterarum eclogarum comparationem: sed pauca quantum ad Galli pertinet scripta, quae (vt supra diximus) de suo amore composuit. *Ipsa quae amara spreuit amorem*. **C** *Lycoris* pro Cytheris, licet enim poetis alia nomina pro aliis ponere. *Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos*. Varia enim opinio est. Nam alij dicunt ad Arethufam Nympham Siciliae, Alpheum de Elide venire per maria: secundum quos alibi dixit, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas esse vias subter mare. Alij dicunt ipsam Arethufam iam in fontem mutatam Alpheum fugere, & de Elide ad Siciliam venire: quod nunc est securus. Sanè dicitur quodam tempore patera aurea in Arethusa inuenta: quam Olympionises in Alpheum miserant, & cum Olympiae hostiae caduntur, cruorem aram in Alpheum infusus in Arethufam exeat. *Sicanos*. Sicilia autem Sicania dicta, a Sicano terrae filio. *Doris amara*. Mater Nympharum est: quam pro mari posuit, vel Doris Oceani filia, coniux Nerei. *Sollicitos*. Sollicitatos, plenos sollicitudinis post Cytheridis abscessum, quam Lycoridem vocat. Fuerunt enim vno tempore nobiles meretrices tres, Cytheris, Origo, Arbuscula. Horatius, *Explosa Arbuscula dixit*. Idem, *vt quondam Marsus amator Originis, illi Qui patrium mimae donat fundumque laeumque Sinae*. Graecum est nomen: Id est prestis naribus. Vnde & simas dicimus: quod epitheton Theocritus dicitur: *picipue apibus*. Et dicens *simae virgulta capella*. Hic poetam quasi pastorem posuit. *vt civis amari deperit*. *quis huiusmodi est? is ad hanc usque aetatem inuenerunt. Non canimus surdis, respondent omnia sylvae*. Per Echo, Id est vocis imitationem nos consolamur: & mira breuitate sensus huius versus explicatus est. *Quae nemora*. Hinc carmen videtur incipere. Est quaedam Theocriti ecloga, in qua suos amores delectare Daphnis inducitur, vel vt alij, quidam pastor Daphnin amore mortuum deslet. huius omnem ordinem ad hanc eclogam transtulit.

- R** *Quae nemora, aut qui vos saltus habuere puella
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.
Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricae:
Punfer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mantalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycai.*

- F** *Salus habuere puella Naiades*. Nymphas simpliciter accipiamus. nam si proprie loqueretur, Oreades diceret. Naiades enim, fontium: Oreades montium Nymphae sunt. Sanè quia diximus easdem Nymphas quas Musas: videtur hoc dicere, quia si cum ipso fuissent Musae, id est, si dedisset operam scribendis carminibus, non incidisset in tantas amoris angustias, vel cur eum amantem Musae deseruerint, cum propter ingenium, earum esset antistes. *Indigno*. Vel meretricio, vel magno. Nam & Ennius ait, *Indignas turres*. Id est magnas. Alij indigno, non quia Cytheris pulchra non fuerit, sed quia Gallus ab ea spreto sit. *Nam neque Parnassi vobis iuga nam n. p.* Parnassus mons Boeotiae, Pindus Thessaliae, ambo Apollini & Musis colecrati. *Aonia Aganippe*. Nominatiui sunt singulares. Aganippe autem fons est Boeotiae, quae & Aonia dicitur. *Aonia autem brevis sit Ni*: quia sequitur vocalis vocalis, Callimachus Aganippem fontem esse di-

ci Permessi fluminis. *Sola sup. vbi deserta.* Mænalus autem & Lycaeus montes Arcadiæ sunt. A

*Stant & oues circum nostri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis:
Venit & vplio: tardi venere subulci:
Vuidus hyberna venit de glande Mænalcas.*

Stant & oues circum. Scilicet circa Gallum, eius amorem stupentes. Sensus autem est, Sicut oues à Gallæ circum te stare non pœnitet, ita nec te illarum pœniteat. nam etiam Adonis quondam ouium existit pastor. Et quod ait *Nostri*, miscuit suam personam, vt frequenter facere consuevit: nam erat integrum, Tui nec pœniteat illas. Alij pœnitet pudet accipiunt. *Nec te pœniteat pecoris à sine poeta.* Allegoricus hoc dicit, Nec tu erubescas bucolica scribere. *Adonis a* habet accentum, quia græcum est nomen: tamen etiam Latine sic dicimus. nam Adon nusquam lectum est. Et de hoc fabula talis: In Cipro insula regnauit Cinyras habens filiam Myrtam nomine, quæ Solis ira in amores incidit patris, cum quo etiam ministerio nutriticis concubuit: Namque nutritrix Myrtæ dixit Cinyræ, esse quandam puellam, quæ eius amore flagraret, & concubitum nocte in tenebris propter verecundiam expeteret virginalom: hoc, Cinyras, incitatus libidine, pollicitus est: cupiens deinde videre vultus puellæ, lumen iussit inferri, visamque filiam persequi cum gladio cepit, vt interficeret, quæ grauida de patre confugit in sylvas, ibique mutata est in arborem nominis sui, sed infantem conceptum etiam in cortice retinuit, & postmodum dente apri excisum emisit in lucem, qui à nymphis educatus, Adonis cognominatus est, quem quia Venus adamauit, Mars in aprum transfiguratus occidit, quem multi miseratione Veneris in rosam conuersum dicunt, Est etiam alter ordo huius fabulæ, Ex Ægypto Epiuotasterius & Yon fratres ad insulam Cyprum profecti sunt, atque ibi sortiti vxores, ex quorum genere Celes procreatus est, qui habuit Erinomam filiam, hæc cum esset nimis castitatis, & hoc à Minerua & Diana diligeretur, Veneri esse cepit inuisa, quæ cum puellæ castitati insidiaretur, in amorem eius impulit Iouem, quem dolum postquam Iuno animaduertit, vt fraudem fraude superaret, petit à Venere, vt in amorem puellæ Adonem inflammaret, quem posteaquam nulla fraude sollicitare in eius amorem potuit, obiectis quibusdam nebulis, ipsum Adonem in penetrabile Virginis produxit: Ita pudicitia puella per vim & fraudem caruit, sed hanc Diana irata circa Cisseum fluuium in pauonem mutauit: Adonis verò vbi cognouit se amatam Iouis vitasse, metuens profugit in montis Cassij siluas, ibique inimixtus agrestibus versabatur, quem dolo Mercurij monte deductum, cum aper, quem fabulæ Martem loquuntur, vehementer vigeret, & ab Adone vinceretur, repente fulmen Iuppiter iecit & Adonem morti dedit: sed cum Venus illum sibi, & mortem amati sæpe quereretur, Mercurius miseratus imaginem Adonis, vt viuere crederetur, ad suos reduci fecit. Iuno autem à Ioue petiit, vt Adonis in lucis patriis æuum degeret: tum Diana puellæ Erinomæ formam pristinam reddidit, quæ tamen ex Adone taleum filium procreauit, & cum viro permanfit. *Venit & vplio.* Ouium custos, & propter metrum ait vplio nam opilio dicimus, & græco vsus est schemate: sicut illi dicunt *opio* pro eo quod est *opio*, & *opio* pro eo quod est *opio*. *Tardi venere subulci.* Tardi, id est stulti. Terentius in *auri* *terenti*. *Tardus es*, id est stultus. Nam porci citò ambulant. Alij pro fatigati accipiunt, quidam dicunt: ideo tardi, quia porci nusquam pascuntur, nisi radicitus effodiant herbam: *Subulci* autem pastores porcorum. *Vuidus hyberna venit de glande Mænalcas.* Vuidus, Pinguis. Et humidum est quod extrinsecus habet ali- quid humoris: Vuidum verò quod intrinsecus vnde vix dicuntur, quod tamen plerumque confundunt poetæ, hiberna autem de glande, de collectione glandis, quia per hiemem colligitur.

*Omnes, vnde amor iste rogant, tibi venit Apollo:
Galle quid insanis, inquit, tua cura Lycoris:
Pérque nives alium, pérque horrida castra secuta est,
Venit & agresti capitis Sylvanus honore:
Florentes serulas, & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadia venit, quam vidimus ipsi
Sanguineis ebullis baccis, mimioque rubentem.*

Vnde amor iste. Id est tam impatiens, tam turpis. Alij sic intelligunt vnde quod non dignus ille atque superet fastidiebatur. *Galle quid insanis.* vult spem amoris desperatione sanare. *Tua cura Lycoris*

A *Lycoris.* Pene irrisoriè dictum est. *Tua cura* id est pro qua tu ita sollicitus es, te relinquit. Et bene cum alij interrogent, quasi deus Apollo diuinat. *Pèrque horrida castra secuta.* Horrida semper: nunc propter bella ciuilia. Et subtiliter hic tangit Antonium, vt supra dictum est. *Quassans.* Concutiens. *Quem vidimus ipsi.* vtrum quia præsentia numina agrestium & ipse & Faunus, an quia solent numina plerumque se rusticis offerre. Vnde est, Satis est potuisse videri. Notandum sanè quod ea numina plerumque quæ amauerunt, dicit ad amatorem venire. Nā Apollo amauit Daphnin, Pan Syringam, Sylvanus Cupressum. *Sanguineis ebuli baccis, miniòque rubentem,* ebulum; genus est herbæ sambuco simile. *Minis* autem ideo quia facie rubra pingitur Pan, propter ætheris similitudinem. Æther autem est Iupiter. Vnde etiam triumphantes habent omnia Iouis insignia, sceptrum, palma tam. Vnde ait Iuuenalis, *In tunica Iouis.* Faciem quoque de rubrica illinunt instar coloris ætherici.

B *Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat.*
Nec lachrymis crudelis amor, nec graminariis,
Nec cyriso saturantur apes, nec fronde capelle,
Tristis at ille tamen, Cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris soli cantare periti
Arcades. ò mihi tum quàm molliter ossa quiescant,
Vestram eos olim si fistula dicat amores.

C *Amor non talia curat.* Quasi expertus in Siringa loquitur. *Tristis at ille tamen.* Alij tamen superioribus iungunt: sed melius vt sic legamus, Tamen cantabitis: vt sit sensus, Licet ego duro amore confumar, tamen erit solatium, quia meus amor erit vestra cantilena quandoque. Videtur enim neque obiurgationes, neque consolationes recipere obstinatè moriturus; nihil enim ad dicta ab eis respondit. *Arcades, Pastores,* & allegoricàs ostendit Virgilius quantum ei præstet, amorem eius canendo. *Ossa, quiescant.* Hinc confirmat se esse moriturum. *Olim.* Futuri temporis est modò.

Atque utinam ex vobis vnus, vestrique fuisset
Aut custos gregis: aut matura vinitor vna.

D *Cerè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,*
Seu quicumque furor (quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigra viola sunt, & vaccinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus, hic ipso tecum consumerer eno.

E *Aut custos gregis, aut matura vinitor vna.* Ac si diceret, Quid mihi cum vrbibus, vbi meretricæ tam pulchræ sunt quàm perfidæ? *Vinitor* autem, vel custos, vel cultor vinearum. *Seu quicumque furor.* Omnis enim amor plenus furoris est. *Quid tum si fuscus Amyntas?* quasi ei obiectum sit, quod Amyntas fuscus esset, sic respondit, quid deinde si fuscus est? *Mecum inter salices.* Videlicet, alteruter, vel quisquis ille, vel ille fuerit. *Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori.* Ac si diceret, Quid te iuuat inter frigora Gallicana demorari & cum optatè aliud, itetum ad amicum rediit. *Hic ipso eno.* id est flore ætatis.

Nunc insanus amor, duri me Martis in armis
Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.

F *Tu procul à patria (nec sit mihi credere) iactum,*
Alpinas ab dura minet, & frigora Rheni
Me sine sola vides, ab te ne frigora lædant:
Abribine teneras glaciæ secet aspera plantas,
Ibo, & Chalcidico quas sunt mihi condita versu
Carmina: pastoris Sicuti modulabor auena.

*Certum est, in syluis, inter spelæa ferarum
 Malle pati teneris que meos incidere amores
 Arboribus: crescent ille: crescetis amores.*

Nunc insanus amor. Hinc usque ad finem, amatoris inconstantia exprimitur, cui electa displicent statim. *Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.* Ex affectu amantis ibi se esse putat, ubi amica est, ut mo, sit meum animum. *Nec sit mihi credere, tantum.* Tantum, quidam, tam longè abesse ut nolim, credere te tam longè abesse: vel certe ordo est, Tu tantum procul à ciuitate, quæ solebas folis vrbibus frui, & per parenthesis dictum est, nec sit mihi credere: Id est quod vnum non credam. Hi autem omnes versus Galli sunt, de ipsius translati carminibus. Terentius in *ἰαυτοῖσι πρὸς ἑσπέρην*, miserumque nimis credere est. *At dura.* Quæ & amatorem spernis, & Gallicana potes frigora sustinere. *Me sine sola vides.* Hinc est, Sola domo meret vacua, nam meretrix sola esse non potest. *At se ne frigora ledant.* Inconstantem animum expressit, miserantem & optantem. *Teneras plantas.* Ostendit illam pulchram, Ibo & Chalcidico que sum mihi condita versus. *Carmina pastoris, Siculi modulabor aus na.* Eubœa insula est, in qua est Chalcis ciuitas: de qua fuit Euphorion, quem transfudit Gallus. Et hoc dicit, Ibo, & Theocritico stylo scribam carmina Euphorionis. Alij dicunt, id * ei magis per Chalcidem Theocritum significari, quod de Calchide profecti sint, qui Naxum in Sicilia condiderunt. Alij volunt ipsum Theocritum de Sicilia ad Chalcidem postea migrasse. Circa hanc Chalcidem ille Eurypus est, qui septies in vno die æstu maris fluit ac refluit: Sinus ipse in quo supradicta loca constituta sunt, salæneus dicitur. *Spelæa ferarum.* Græcè ait, pro speluncis. *Crescent ille.* Quasi ei iterum displicet, ne cum arboribus, eius crescant amores. Sanè breuiter dictus iste totus sensus.

*Interea mistis lustrabo Menala Nymphis:
 Aut acres venabor apros: non me vlla verabunt
 Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
 Iam mihi per rupes videor, lucosque sonantis
 Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
 Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris:
 Aut deus ille malis hominum mitescere discat.*

Mistis lustrabo. in n. ἑσπέρην, pro immixtus nymphis, multis enim vnus miscetur. *Parthenios canibus circundare saltus.* Parthenius mons est Arcadiæ, dictus à virginibus, id est *ἁγῶν τῶν παρθένων* quæ illic venari consueuerant: vel à Parthenio Iouis filio, Archadis fratre, vel quod sibi virginitas Callistionis delibata sit, vel quod Parteniz Lacedæmonij duce Falanto, ibi aliquando confedissent, priusquam in Italiam nauigarent, ac Tarentum conderent, *Verabunt frigora.* quasi amore ardens loquitur. *Tanquam hæc sit nostri medicina laboris.* Iam quasi ad se recurrit: & illud quod supra audiit, respicit, Amor non talia curat.

*Iam neque Hamadryades rursus: nec carmina nobis
 Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.
 Non illum nostri possunt mutare labores:
 Nec si frigoribus mediis, Ebriumque bibamus,
 Sythonasque nives hyemis subeamus aquosæ:
 Nec si, cum moriens alta liber aret in vltimo,
 Ethiopum versemus oues sub sidere Cancræ.
 Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.*

Iam neque Hamadryades. Amantis animum expressit, cui quod ante placuit, statim displicet. *Nymphæ cum arboribus & nascuntur, & pereunt,* *ἡμῶν τῶ ἀμῶν ἔχουσιν ἄρβυλας*, qualis fuit illa quam Erychthon occidit: qui cum arborem incidere, & vox inde erupit, & sanguis, sicut docet Ouidius. *Dryades* verò sunt quæ inter arbores habitant. *Oreades* quæ in montibus. Sanè ab ouibus nymphæ peribelides, à fluminibus Naiades, à pratis Limoniadas, ab alimonia infantum Curotrofe nominantur. Hoc autè ad superiora pertinet, quia dixerat, *Mistis lustrabo*

Menala

A Mænala nymphis. Nec carmina nobis ipsa placent, Quia dixerat, Carmina pastoris Siculi modula-
bor auena. Ipse rursus concedite syluae. Propter illud, nam mihi per rupes videor, lucosque sonan-
tes ire. Concedite verò hinc abire supra aliter, concede laborem. Nec si frigoribus mediis He-
brumque bibamus. Manifestius hoc dicit, amore se carere non posse: nec si Hebrum Thraciæ flu-
uium mediis frigoribus bibat: nec si æstibus nimis fuerit in ardenti prouincia. Dicit autem hoc
secundum Phycos, qui morbos aut a contrariis, aut à similibus asserunt posse depelli. Sic
Theocritus, εἰς δ' ἠδωνῶν ἐπὶ τῶν ἀπὸν χεῖματι κέρτατον ἔστι παρ' ἡμεῖς τὴν ἄμυραν, ἢ τὴν ἀμύραν ἐν τῷ
ἕξει πύματον παρ' ἀδύμωτον ἰοῦσιν. Sythionisque nives. Sython est mons vel gens Thraciæ. Li-
ber. Corticis pars interior. *Versemus.* Pascamus, quoniam qui pascit huc & illuc agit pecus, quod
est versare, ut est in Æneide, tu curum deserto in gramine versas; aut exerceamus & tracte-
mus, ut in vndecimo, Consilio versare dolos ingressus, & item, seu versare dolos. f. c. o. m. *Omnia*
B vincit amor. & nos cedamus amori. Cuius enim facilius quàm amori repugnatur, quod eleganter
Plautus explicuit. Qui amans egens ingressus est princeps in amoris viam, superante ærumnis suis ærum-
nas Herculis, nam cum Leone, cum exœtra, cum apro Aetolico, cum anibus Simfalicis, cum Antheo meo
elutari malueram, quàm cum amore.

*Hæc sat erit diua vestrum cecinisse poetam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridi se subiicit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra.
Iuniperi grauis umbra: nocent & frugibus umbra.
Ite domum satura, venit hesperus, ite capella.*

C *Hæc sat erit.* Iam ad Musas loquitur. *Gracili fiscellam texit hibisco.* Ac si diceret, Nisi hæc re oc-
cupatus minimè canerem. Allegoricòs autem significat se composuisse hunc libellum tenuis-
simo stylo. *Quantum vere nouo viridi se subiicit alnus.* Vere nouo, vel generaliter, vel sibi nouo:
viridis autem pro tenera, & hoc dicit, Amo inquit Gallum, sed latenter sicut arbores crescunt.
Nam comparatio ista hoc significat: scilicet propter Cæsarem subiicitur rei, vel lursum iacit,
vel subteriacit. *Nocent & frugibus umbra.* Quanto magis hominibus? Vnde est in Georgicis, Et
ruris opaci Falce premes vmbra, & item alibi, aut umbra nocet. *Ite domum satura, venit hespe-
rus, ite capella.* Verecundè se capellarum dicit esse pastorem, Id est, vilissimorum animalium.
nam bucolica scribens, debuit se dicere, boum esse pastorem: sed vitans arrogantiam, vltimum
se voluit esse, non principem in scribendis Bucolicis: quamuis alij dicant, ideo eum etiam ca-
pellarum se memorasse pastorem, quòd apud nonnullos de capris propter abundantiam lactis
vel fetuum, maior fructus putetur, ut ipse ait, Denfior hinc soboles, h. l. c. l. Et item, Quo mi-
nor est illis curæ mortalis egestas.

E *E 2*